

ENCICLOPEDIA  
CATHOLICA  
EN LA

QUE SE RESTAURARON

DE LEY DE

NOTICIAS

DE LA

PHASIA

CARLOS DE AUSTRIA

PRINCEPE

DE ESPAÑA

DE VALDE

C-XXV  
PLE-1/0004

GRATVLACION  
POLITICO-CATHOLICA  
EN LA  
FELIZ RESTAVRACION  
**DE LERIDA**  
CON LAS NOTICIAS  
HISTORICAS, I TOPOGRAPHICAS  
DE LA MISMA CIVDAD,  
QUE CONSAGRA  
*AL*  
SERENISSIMO SEÑOR  
DON  
**BALTHASSAR**  
*CARLOS DE AVSTRIA*  
P R I N C I P E  
DE ESPAÑA,  
D. FERNANDO ORTIZ DE VALDES.

De la Libreria de la Real Academia de

Bacena. 1714

Tab. 1. 1718

15.7.2.1714.



SERENISSIMO SEÑOR

**R**INDIOSE Lerida al valor He-  
roico, al poder Soberano  
de Philippe III. el Gran-  
de Nuestro Señor: que mucho, si mi-  
lita en patrocinió de sus Armas Ca-  
tholicas todo el cielo, <sup>1</sup> como en otro  
exercito de Moyfes, <sup>2</sup> David, <sup>3</sup> ò  
Theodosio? <sup>4</sup> Triumphá oi de la al-  
tizez Gallica: I quien estrañarà Victo-  
rias repetidas en un Principe, que to-  
das las atribue à Dios, <sup>5</sup> manifestádo  
lo con publicas acciones de gracias?  
<sup>6</sup> Levanta gloriosos tropheos, pues  
cõ huestes inferiores à las numerosas  
de los Franceses, venció una batalla

campal, i fitiò con ellas una Plaça fuerte, que ia se ofrece rēdida à su obediēcia: ni admira, que con gēte tan limitada se executē tantos aciertos; porque las Oraciones de un Rei, aunque ausente de su Campo, obran mas efficazes en el divino apprecio, que Esquadrones innumerables armados solamente de multitud, i fuerças humanas.

<sup>7</sup> Valiòse tãbiē destas su Magestad, que no se debe encōmēdar del todo la felicidad de los successos à las operaciones, i auxilios celestiales: <sup>8</sup> i dexãdo lo gustoso de su Real Familia (motivo bastãte, para que los vassallos huieran en este tiēpo aũ los mas licitos divertimietos <sup>9</sup>) partiò al Reino de Aragon, por saber quãto vale la presencia del Dueño, i para fofsegar las sediciones,

<sup>10</sup> ia para que cobren crecidos animos los Soldados. <sup>11</sup> Propusoles liberales premios, repartiēdo muchos entōces, i assegurãdo los maiores para despues, porque conoce no ai preparaciõ mas cierta para vēcer, q̄ la largueza en el premiar. <sup>12</sup> Diose el gobierno de las Armas al invicto D. Philippede Sylva, cui prudēcia Militar ha acreditado cõ experiēcias los elogios que alcãçò siēpre España por sus Generales; <sup>13</sup> i no satisfecho de servir à su Rei, cõ las incesfables fatigas de tã grave pēssõ, se ha arriesgado à los peligros mas evidentes, dando con exponerse à ellos vivo exēplo à los inferiores, <sup>14</sup> i ganando juntamente las eternas alabãças que alcançaron los que con igualdad celebra el Mũdo, por acertados en los Cõsejos,

i por offados en la batalla.<sup>15</sup> Mas que dirè del Marcial aliento con que se hã señalado los siempre valerosos Españoles? Dexo sus loores à los Annales publicos, i solo applaudo el bizarro de nuedo, i ostentaciones de alegria con que embistieron al Enemigo, costũbre antigua de nuestra illustre gẽte;<sup>16</sup> que no sè si admitirà esta entre sus glorias, ò por hallarse preferida en la excellencia de valentia en los monumẽtos Griegos,<sup>17</sup> i Latinos;<sup>18</sup> ò porque estos mismos disminuien la virtud bellica en los Franceses, notando su poca constancia, i fuerça, para continuar la Milicia en passando los impetus primeros;<sup>19</sup> siendo uno, i otro causa, aysi del afrentoso horror que cobraron à las Guerras de España los Ro-

manos,<sup>20</sup> tardando mas espacio en su Conquista (habiendo sido la primera empresa, resistida sin conspiracion por partes solamẽte<sup>21</sup>) que en la posesion de todas las Prouincias,<sup>22</sup> como de la brevedad con que se adquirieron las Gallias,<sup>23</sup> que sujetas al dominio de Roma, olvidaron el vigor de sus Maiores,<sup>24</sup> quando lucia con universal credito el que conseruan hasta oi los Españoles, en guarda de los Generales,<sup>25</sup> i Emperadores,<sup>26</sup> i con igual estimacion en los Exercitos Romanos,<sup>27</sup> i Carthaginieneses.<sup>28</sup> Sitia da LERIDA, se ha differido su toma por la memorable Clemencia del Augustissimo Padre de V. A. que la exerce, aun en tiempo que tuviera legitima disculpa su omision.<sup>29</sup> Ha

impedido su Piedad Santa, con Ordenes expessos, los estragos, i ruinas que suelen ocasionar las Armas arrojadas, para batir, i asolar Ciudades; teniendo la grandeza de su animo, por menor inconveniente los gastos excesivos, i dilacion, que el sentimiento de verla destruida. <sup>30</sup> Publicò un Vãdo Real, en que no solo perdona à la multitud que ha delinquido, assegurando olvidar sus imprudentes arrojamientos, à imitacion de otros Reies pios, <sup>31</sup> mas concede nuevamente los antiguos Fueros, perdidos ià por la rebellion: <sup>32</sup> en que es dignissimo de memoria el sentimiento que ha mostrado siempre, que la violencia de la Guerra ha derramado fangre de Amigos, i Hermanos; que pacificos pu-

dieran emplearse en Hazañas, que continuaran el primitivo lustre desta Corona. <sup>33</sup>

A las razones dichas, debe España tan faustos principios de la recuperacion de Cathaluña, i estas mismas prometen felicissimos progressos para adelante: juntandole à ellas ser las Guerras presentes en defensa de una Nacion, en que resplandece la Fè Orthodoxa mas que en otra alguna del Vniverso: <sup>34</sup> i assi el favor de Dios ha de estàr propicio para su conservacion, i accrescentamientos, <sup>35</sup> en especial, solicitandole tambien Nuestro Catholico Monarcha, con el perpetuo cuidado, i zelo ardiente en las materias que tocan à Religion: <sup>36</sup> en las quales los subditos, que naturalmẽ

te se inclinan à imitar à quien los gobierna, <sup>37</sup> figuen la Observancia de su Principe. <sup>38</sup> Llegase à esto, fer la causa tan justa, como sabe el Mundo, <sup>39</sup> fundamento que predice las Victorias, <sup>40</sup> pues ampara el Cielo à los que toman las Armas por necesidad, <sup>41</sup> i mas para la vengança de insultos tantos, <sup>42</sup> no se si diga, cometidos contra Dios, quando lloramos fuertemente, ver despojados de su thesoro los Templos Sacro-Santos, llegando la impiedad sacrilega à ponerlos fuego, delictos que en muchas ocasiones ha repetido la gēte Gallica, <sup>43</sup> pagados con horrendos castigos inmediatos: <sup>44</sup> i quiē negarà ser oi digno dellos <sup>45</sup> el q̄ introduce abominables Sectas en un Reino que jamàs se inficionò con

ellas? <sup>46</sup> O ingratitude de Frãcia, Que pretendes siempre con tus monstros mãchar la Pureza de nuestra España, <sup>47</sup> acostũbrando sus hijos Religiosos, con su Christiana, i fervorosa predicacion apagar incendios de heregias, que en tus propias entrañas se levantaban. <sup>48</sup> No estraño por nueva, la poca reverencia de los Gallos a las cosas Sagradas, si en los siglos que mas supersticiosos se presumian, aplacaban sus Dioses con humanos sacrificios, que mejor se nombraràn immanidades. <sup>49</sup> Pero repara luego dudoso el Discurso, viendo los successos tan adversos que hemos padecido las Campañas passadas; i parece que la Razon los dictaba favorables, por lo que he dicho. Nadie pronuncie

quejas, à lo que determina la Divina Providēcia. <sup>50</sup> Procedieron de los pecados, las adversidades que hasta aqui vinieron; <sup>51</sup> mas ia como purgadas las culpas, con lo assiduo de los trabajos, comiençan los Auxilios Superiores à declararse, del modo que con el pueblo de Israel. <sup>52</sup>

Vengo à otras Glorias, que nos aguardan en los tiempos futuros, i las denotan con claridad, las singulares Prendas que depositò la Liberalidad de Dios en V. A. No pondero la gallardia del talle, que acompañada de una gravedad hermosa, es parte tã de Principes, <sup>53</sup> que grangeò à algunos el Imperio. <sup>54</sup> Dèxo la perpetua observancia de la Verdad, que resplandece indefectible en la lengua de V. A. ma

nifestando su Regia Sangre. <sup>55</sup> Pàsso en silencio otras Virtudes, que pudiēdo separadas, hazer à muchos Celebres, estàn unidas en V. A. <sup>56</sup> Solo para aqui admiro las muestras de Valor que ha dado desde los tiernos años de la infancia, que las acciones de ellos, muestran otras grandes para despues. <sup>57</sup> La natural propēcion à la Caça, imagen vivissima de la Guerra, <sup>58</sup> nota es evidente de su Aliento, acreditado con la Destreza de matar una Fiera, quando apenas andaba. La notable Velocidad, dote es que tuvieron los Capitanes que publica la Fama. <sup>59</sup> El summo divertimiento que le causan los Spectaculos, que se instituieron para ahuientar el temor de batallas sangrientas, <sup>60</sup> in-



dicio es cierto de sus espiritus . Ni admira menos la inclinacion à Equef tres Exercicios , que fuera de ser propios de quien se educa para Monarcha, <sup>61</sup> están symbolizãdo Guerra. <sup>62</sup> Acompañan partes tan prodigiosas el mismo ardor, i affecto en la Religion, a que juzgo arrebatada a V. A. la imitacion de su Insigne PADRE, <sup>63</sup> que lo heredò de tantos Illustres Progenitores.

No se desconfuela la Republica Litteraria, de ver a su Principe tan dado a Marte ; porque quien aprehendiò con presteza casi increíble, una Encyclopedia de las Artes Liberales, dando a entender, que no estorua la edad corta a las Sciencias, <sup>64</sup> quando el Ingenio la anticipa, ade-

lantandole <sup>65</sup> en las Personas Reales, <sup>66</sup> no dà lugar a que dudemos, que sin detrimento de las Armas, durarà en el amor de las Letras, <sup>67</sup> honrandolas. <sup>68</sup> Entre otras que cõ perfecta Eruccion sabe V. A. son las noticias de Geographia, necessarias para la moderacion de un Reino. <sup>69</sup> Parte suya es la Topographia. En el ocio que conceden ocho dias, he compuesto la de LERIDA, para que con su puntual delineacion, i del Sitio, i assi mismo lo que hemos podido ver en los Escritores : Llegue acompañada de este Parabien a las manos de V. Alteza, porque quando otros ofrecen triumphos, declarèmos el jubilo de la nueva los Vassallos, i Criados, con Dones pedidos de lo mas florido

de nueſtra Profefſion, <sup>70</sup> que aunque ſeria, permite defahogos, cō eſtudios ſuaves. <sup>71</sup> Obligacion es eſta, no preſente, porque ſe debe, <sup>72</sup> i aun cō tal titulo ſolicitada premio, ia que no el de ac-  
 crescentar lo mucho que V. A. ſabe, por impoſſible, <sup>73</sup> el de conocer que le agradan eſtas obſervaciones, por mui baſtante. <sup>74</sup>

Guardenos Dios à V. A. muchos, i dichosos años, augmentando la Vida, para defenſa de la Igleſia, propagacion de la Fè, i bien univerſal de la Chriſtiani-  
 dad, à los Catholicos Rei, i Reina Nueſtros Señores, con la Sereniſſima Infanta.

INGRATVLATIONEM  
 POLITICO-CATHOLICAM  
 ADVERSARIA.



**A** Nno CIO. IDC  
 XXXVIII. Fon-  
 te-Rabia à Gal-  
 lo obſeſſa, cum  
 nulla ſpes relin-  
 queretur, aut vr-  
 bem ab obſidione liberandi, aut  
 cibaria obſeſſis fame propemodū  
 confectis, introducendi, in parte  
 muri, qua Meridionalem plagam  
 ſpectat, hominem eximia formæ,  
 equo candido inſidentem, reſplen-  
 dentique vabe conſtipatum adpa-  
 ruiſſe, conſpexis vtriuſque exerci-  
 tus fides fait. Tum Noſtri Beatū  
 Iacobum Hispaniarum Patronū  
 eſſe credentes (gladio enim diſtri-  
 cto iētum caſtra à dextera minita-  
 bat manus; ſiniſtra verò vexil-  
 lum album rubro Crucis ſtemma-  
 te inſignitum geſtabat, quo quidē  
 habitu multoties Hispanis pugna-  
 turis aduiſſe, tam Historiarum  
 ſeries, quàm Icones vetuſtiſſima  
 conſtantur) & populo ſuo patro-  
 cinari, arreptis armis, vallo ſca-  
 las adiuuent, quibus conſcendiſ-  
 ſionarios excubantes detur-  
 bant: ad hoſtes nequidquam tale  
 timentes penetrant, atque eadem

adeò ingentem edunt, vt paucis  
 pedum leuitate elapſis, vniuerſus  
 exercitus ad internecionem dele-  
 tus ſit. Eò glorioſior victoria,  
 quod Noſtri ad vnum incolumes  
 euaserunt. Anno CIO. IDC.  
 XXXIII. cum Moncionem A-  
 ragonia oppidum Philippus Mag-  
 nus obſidione premeret, nec ad  
 deditionem Galli compelli poſ-  
 ſent, iamque hyemis pluuias in-  
 gruentes omnes expauereſcerent,  
 quod ſi accideret, aut incepto deſi-  
 ſtere, aut exercitum periclitari  
 neceſſarium erat, deuotis vbique  
 precationibus ad Deum ſuſis, im-  
 petratum fuit, vt menſe Octobri,  
 & Nouembri hyemis incommo-  
 da remorarentur (quod his Regio-  
 nibus rarum) quouſque vrbs ſoli-  
 tis pactiōibus precedentibus, re-  
 ſtituta, & continuè aqua copioſa  
 decidit, quam magna vis imbriū  
 ſequuta eſt. Anno præſenti, Idi-  
 bus Maiis, in pugna ad Furcas  
 Ilerdenſes ante quàm ſigna con-  
 ferrentur, in conſpectu Noſtrarū  
 cohortium ſeſe obtulit Agricola  
 quidam ea ſpecie, qua Sanctum  
 Iſidorum Mantuæ Carpetanum,

cuius solennis erat dies, pingere mos est, qui milites ad capeſſendā fortitudinem cohortari videbatur. Atqui prælij exitus perſpicuum fecit, cœleſte præſidium Hiſpanorum cauſam tueri. Hæc domeſtica teſtimonia ſufficiant, quibus pro coronide ſit Sanctiſſimi D. N. Urbani PP. VIII. ad Magnum Regem Noſtrum ſcribentis ſententia. Militat cœlum pro pietate Maieſtatis Tuæ, cuius conſilia, dum Fidei propugnationem, & ſalutem Chriſtianitatis quærent, Angelicæ legiones terra, marique propugnabunt.

2 De quo Diuus Petrus Chryſolog. Sermon. 43. Per orationem ad triumphos ſuos militare ſibi omnia mandat elementa. Victoriā de Amalecitis obtentā Moysi orationibus habemus Exod. Cap. 17. Verſ. 8. Deuteronom. Cap. 25. Verſ. 17. Indith Cap. 4. Verſ. 13. Sapient. Cap. 11. Verſ. 3.

3 Elementa pro Dauide aduerſus hoſtes obarmata teſtatur ipſe, Pſalm. 17. Verſ. 8. In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi, & exaudivit de Templo Sancto ſuo vocem meā: commota eſt, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata ſunt, quoniam iratus eſt eis. Aſcendit

fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit; carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Quæ non metaphoricè intelligenda, ut placuit Antonio Agellio, ſed propriè, quod arrifit Titelmano: ſiquidem Deus magnum de cœlo fragorem edidit, quo Danidem in Philiſthæos incitaret, Lib. 2. Reg. Cap. 5. Verſ. 24. prout aduertit Frano. de Mendoza in Lib. 1. Reg. Cap. 7. Verſ. 14. Annotat. 27. circa litteram, Sect. 3 Num. 3. Non tamen ſumus adeò proterui, ut pertinaci aſſeueratione defendamus, hæc omnia admuſſim eueniſſe, eodem modo, quo Sacra Littera procedit, ſed clariſſimè in ea demonſtrari, Deum viſibiliter, magnis ſignis editis, patrociniū ſuum erga Dauidè declarafſe, quod & ſenſit G. Genebrardus, dicens: Comparauit ſe ad me fortiter liberandum ex ipſorum manibus, ac ſequentes motus excitauit, qui etſi ad litteram omni ex parte non contigerunt, tamen docent Deum, & propter Dauidem viſibiliter apparuiſſe, euidentibus ſignis ſuā demonſtrando præſentiam, & veluti armis corporalibus occurrendo.

4 D. Auguſtin. Lib. 5. Ciuitat. Dei, Cap. 26. narrans victoriā Theodoſij Magni de Eugenio Tyranno. Milites nobis,

qui

qui aderant, retulerunt, extorta ſibi eſſe de manibus quæcumque iaculabantur; cum à Theodoſij partibus in aduerſarios vehemens ventus iret, & non ſolum quæcumque in eos iaciebatur concitatiſſimè raperet, veram etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret. Diuus Ambroſius in Pſalm. 36. Verſ. 15. Sæpè iacula in ipſos, qui ea iecerint refunduntur: quod etiam proximo accidit bello; ut ſubito ventus oriretur, qui infidelibus excuteret ſcuta de manibus: ac tela omnium, atque miſilia in peccatoris exercitum retorqueret. Eusebius Caſariëſis, Lib. 11. Hiſtor. Eccleſiaſtic. Capit. 33. Etenim comperitum eſt, quòd poſt illam Imperatoris precem, quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus eſt, ut tela hoſtium in eos, qui iecerant, retorqueret. Paulus Oroſius Lib. 7. de Horreſt. Mundi, Capit. 35. poſtquam piæ Theodoſij preces ante prælium commemorauit: Continuò, inquit, magnus ille, & ineffabilis turbo ventorum in ora hoſtium ruit. Ferebantur per ærem ſpicula miſſa noſtro-

rum, atque vltra menſuram humani iactus, manu in aère portata nuſquam propemodum cadere, prius quam impingerent, ſinebantur. Tela etiam, quæ hoſtes vehementer intorſerant, excepta ventis, impetu ſupinata, ac retrorſum coacta ipſos infelicitè conſigebant. De hac mirabili ventorum concitatione accipiendus Claudianus, Lib. de III. Honor. Conſulatu.

O nimium dilectè Deo, cui fundit ab antro Æolus armatas hyemes, cui militat Æther, Et coniurati veniunt ad claſſica venti!

Succipit Theodoretus Lib. 5. Hiſtor. Eccleſiaſtic. Capit. 24. Prodigium illud, quo legionis Melitina, poſteà Fulminatrici, Fidem Deus illuſtrauit, haud miſſum facere volui. Conſtat id ex Marci Aurelij Imperatoris Epistoſta ad Senatū, quàm tranſcribunt Iuſtinus Martyr Apolog. 2. in ſin. Euseb. Lib. 4. Hiſtor. Eccleſiaſtic. Cap. 9. 12. & 13. Eiusdemque meminere Tertullianus in Apologetic. Capit. 5. Paul. Oroſius Lib. 7. Capit. 15. Nicephor. Callixtus, Lib. 4. Cap. 12. Paul. Diac. Lib. 10.

Cap. 15. *Baronius Tom. 2. Annal. ad Ann. Christ. 176. Fol. 192. Verba sunt:* Eramus quippe in hostili solo, ex quo aqua carere cœperamus, obfessi. Confestim autem, ut procubuerunt Christiani in facies, & preces fuderunt ad ignotum mihi Deum, descenderunt de cœlo, in nos quidem frigidissimus imber, in nostros, verò hostes grando mixta fulminibus, ut sine mora sentiremus præstò esse invictam opem Dei potentissimi.

5 *Hinc D. Augustinus, Lib. de Verb. Apostol. O homo! Ideò non vicisti, quia de tuo præsumpsisti: qui præsumit de viribus suis antè quàm pugnet, prosternitur. Idem Lib. de Duodec. Albusionib. Grad. 9. Paxillus, nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæserit, omne quod in eo pendet citò dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum omnibus ad terram dilabitur: sic & Princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnis qui ei consentit, citò dilabitur. Alphorsus Rex Ferdinandum F. sic alloquitur, apud Bartholom. Facium, Lib. 1. Histor. Tum denique tibi militares artes profuturas*

scito, cum Deum tibi pietate, ac iustis factis reddideris propitium. Eum igitur, si vincere expetis, pura mente colito, spemque omnem victoriæ in eo reponito.

6 *Quod in Theodosio laudat D. Ambros. Lib. 7. Epistol. 58. Alij Imperatores in commorationem Victoriæ eius triumphales parari iubent, aut alia insignia triumphorum: clementia Tui hostiam Deo parat, oblationem, & gratiarum actionem per Sacerdotes celebrari Domino de siderat. In Dauide D. Chrysostomus in Psalm. 137. Vers. 1. Non quemadmodum nonnulli molles, ac dissoluti, qui antequàm quidem accipiant, sunt vehementes; postquam autem acceperint, elanguescunt. Sed hic quidem, & antequàm acceperit, vrget, & postquam acceperit, perstat agens assidue gratias. Dignus Agesilaus, qui post tam egregios viros memoretur: Quoties enim Fortuna utebatur prospera, Djs immortalibus habebat gratias: & fiducia plenus, plures mactabat hostias, quàm rebus suis metuens, ac diffidens voueret, ut notauit Xenophon in Lib. de Laudib. Agesil.*

7 *D. Gregorius Nazianze-*

*nus Oration. 1. de Pace, quæ est 12. Victoriæ, quæ refertur, Cap. 4. Iudith Vers. 12. vni Moysi attribuens sanctis precibus insistenti, non Iosue fortissimè præliantibus, ait, manuū extensio innumerabilium copiarum instar erat, orationis opera trophæa erigens. D. Chrysostom. explicans Psalm. 7. Vers. 2. & 3. Collegit [Dauide] exercitum, & multos secum habuit, quomodo ergo non est qui redimat, neque qui saluum faciat? Quoniam ne vniuersum quidè orbem terrarum, auxilio loco habet, nisi opem diuinam fuerit assecutus: nec se esse ducit in solitudine, licèt solus sit, si sit illius auxilij particeps. De eodem Dauide Lyranus in Psalm. 19. Plus enim poterat iuuare existentes in prælio suis orationibus absens, quàm pugnando corporis viribus præsens. D. Gregorius Nissenus Lib. de Oratione, sub initium. Israëlitis aduersus Amalecitas trophæum erexit [Oratio] & centum octoginta quinque milia Assyriorum vna nocte gladio inuisibili prostrauit. Origenes Homil. 11. in Exodum. Populus Dei non tam manu, & armis, quàm voce, & lingua pugnabat, id est, ora-*

*tionem fundens prosternebat inimicos. Iterum D. Chrysostom. Sermon. de Moysse, in 1. Tom. Fit, Moysse orante, occulta pugna, manifesta victoria: latenter dimicat, ut euidenter deuincat. D. Augustin. Lib. 5. Ciuitat. Cap. 26. de Theodosio: Magis orando, quàm feriendo pugnavit. D. Hieronym. in Cap. 18. Leuitic. & in Can. Si quis vult 3. 36. Distinct. Est & aliud opus, quòd facit Moyses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos: sed quid facit? Orat, & donec ille orat vincit populus eius: si relaxauerit, & demiserit manus, populus eius vincitur, & fugatur. D. Ambrosius in Proem. Lib. de Fide ad Gratianum A. Petis à me Fidei libellum, Sancte Imperator, profecturus ad prælium; nosti enim Fide magis Imperatoris, quàm virtute militum quæri solere victoriam. D. Gregorius Lib. 1. Epistol. 73. Gennadio Exarcho Africa, in Can. Si non ex Fidei 49. 23. Quæst. 4. Sed cum futuras, Deo largiente victorias, non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis, fit ut hoc in stuporè veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper*

largiente descendat. *De Narsete Paulus Diaconus, Lib. 2. de Reb. gest. Longobardor. Cap. 3.* Erat vir pijsimus in Religione Catholica, in pauperes munificus; in reparandis Basilicis multum studiosus; vigilijs, & orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus, quam armis bellicis victoriam obtineret.

8 *M. Porcius Cato in Oratione ad Senatum, apud Sallust. de coniuration. Catilin.* Non votis [solum] neque supplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Vbi fociordia, atque ignavia te traderis, nequidquam Deos impleres, irati, infestique sunt. *T. Livius Libr. 2. Decad. 3.* Stultitia est sedendo, aut votis debellari credere posse; armari copias oportet deducendas in æquum, ut vir cum viro congregiatis. *Nec vanum Græcorum vetus Verbum,* Non omnia per bouem obtinebis. *Quod sic explicat Suidas Centur. 10. Adag. 6.* Monet hoc dictum, non omnia in votis, speque diuina esse ponenda, sed & per nos ipsos aliquid agendum esse. *Mi-*

*nus rectè Diogenianus Centur. 6. Param. 55.* Nihil per bouem optes: suadet non omnia tantum votis esse gerenda. *Videat Serenitas Vestra Hadrianum Iunium Centur. 5. Adag. 50. Et ibi locum Æschili.*

9 *Nec de nibilo Caligula Edictum apud Suetoniū in eius Vit. Cap. 4.* Senatū, populūque obiurgauit edicto, quod Cæsare præliante, interpestitia conuiuia, Circum, & Theatra, & amœnos secessus celebrarent.

10 *Illustris ad rem Latini Pacati locus, in Panegyrico ad Theodos.* Et quidem, Imperator Auguste, ad asserendam rempublicam, vsurpandamque victoriam suffecisset in bella, vel solum venire. Nam si olim Domini aduertum rebelles seruos dimicaturi flagra in aciem detulerunt, tantaque vis conscientia fuit, ut ab inermibus verterentur armati, & qui obtulerant mortibus pectora, darent terga verberibus; nonne tu quoque legionibus ociosis rem totam vitus egisses? *Lucanus de Cæsare, Lib. 1. Pharsal.*

— stetit aggere salti  
Cespitis, Intrepidus vultu,  
meruitque timeri

Nil

Nil metuens.  
*Germanicus apud Cornel. Taciti Lib. 1. Annalium.* Diuus Iulius seditionem exercitus verbo vno compefcuit, *Qui rites vocando*, qui sacramentum eius detrahebant. Diuus Augustus, vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit. *Haud absonum, quod de Pericle narrat Aristides Platonic. 2. Is enim tumultuante conuentionem presentia sua compefcuit.* *Auctoritas quoque M. Popilij Consulis seditionem plebis, contra Patres concitata sedauit, uti refert Cicero in Bruto.* *Huc spectat Carmen Pindaricum in Nemais, Od. 8.*

Potentior vir sedat præcedentem litem.

11 *Signifer quidam Iulianus Cæsarem alloquens, apud Ammianum Marcellin. Libr. 6. Histor.* I præuius, ut faustus Antesignamus, & fortis, experieris, quid miles sub conspectu bellicosi Ductoris, testisq; in diuidui gerendorum, modo adfit supernum numen, his rebus efficiet excitatus. *Calaber Lib. 12.*

— longè melius viri  
In opus iucumbunt cum Reges in conspectu habent.  
*Claud. Lib. de 4. Hon. Consulatus.*  
*Vbi inter præcepta, quibus iuuenis communitur à patre sene:*

— Tum promptius ibunt  
Te socio: tum conspicuus,  
gratusque feretur  
Sub te teste labor  
*Flau. Ioseph. Lib. 7. de Bell. Iudaic. Cap. 5. de Tito.* Cum autem ipse quoque in armis esset, vnaque descendere statuisset, amici eum propter periculi magnitudinem, ducumque dicta continuerunt: plus enim operis cum in Antonia præsidentem militum certamini facturum esse dixerunt; quam si periculum subisset: omnes enim fore sub oculis Imperatoris optimos bellatores. *Sidon. Apollinar. in Panegyri. ad Maiorianum.*

— sic agmina voce  
Erigis, exemploque lenas,  
primusque labores  
Aggrederis quoscunque iubes: tum cætera paret  
Turba libens, seruit proprijs  
cum legibus auctor.

*Hinc suasio Xenophontis in Hipparchico ad Reges:* Videant equitantem Principem, & fossas transilientem. *Et meritò exclamauit Plinius Iunior in Panegyric. ad Trajanum.* Felices illos, quorum fides, & industria non per internuntios, & interpretes, sed ab ipso Te; nec auribus tuis, sed oculis probantur. *Disce, Princeps Clarissime,*

præ-

*præceptum, certissimum victo-  
riarum omnem. Panegyristes ad  
Constantinum Magnum. Ad  
primum aspectum Maiesta-  
tis tuæ, primumque impet-  
tum totius tui victoris exer-  
citus, hostes territi, fugatiq;  
Nonnus Panopolita Libr. 22.  
Dionysiacor.*

*Audaces verò rursus ad con-  
fictum redibant,  
Verentes Regi apparere absq;  
victoria.*

*Constantius apud Ammian. Li-  
br. 21. ad milites. Ita pauore  
torpescent, vt nec oculorum  
vestrorum vibratæ lucis ar-  
dorem, nec barritus sonum  
perferant primum. Præsentia  
ergo Principis vires, & robur  
militi inspirat: Vnde Antigonus  
olim in prælio nauali contra  
Ptolemai duces, gubernatori tre-  
pidanti, & multitudinem hosti-  
lium nauium cansanti. Me ve-  
rò ipsum, dixit, præsentem  
cum quot comparas? Sic Plu-  
tarchus in Apophtegm.*

*12 Nicephor. Gregor. Li-  
br. 6. Histor. Liberalitas, &  
humanitas erga inferiores,  
præclarum ducibus viati-  
cum est ad victorias, & triū-  
phos. Plutarchus in C. Casare.  
Spiritus militum, & animi  
ardores dux ipse excitat, at-  
que alit, quando honores, &  
dona largiens ostendit non*

se sui luxus, aut voluptatum  
causa bello diuitias parare;  
sed eas opes, tanquam com-  
munia virtutis præmia apud  
se recondi, ac tantum diui-  
tem ipsum in hoc esse, vt mi-  
litibus pro meritis præmia  
dare possit. *Theophylact. Simo-  
catta, Libr. 3. Cap. 12. Histor.  
Mauric. de Tiberio illo, quem in  
collegam asciiuit Mauricius. Re-  
uerentia præmij moriendi  
alacritatem ab illis emens.  
Cur non aduocem Albertum  
Krantium? Is Lib. 1. Histor. Ca-  
pit. 8. Spectata ante oculos  
præmia alacriorem faciunt  
pugnaturum. T. Linius Lib. 4.  
Decad. 1. Nihil non aggressu-  
ri sunt homines, si magna  
conantibus magna præmia  
proponantur. Polybius ex præ-  
miorum largitione laudat Ro-  
manos, Libr. de Milit. Roman.  
Pulchrè autem iuuenes ex-  
citant, ac prouocant ad peri-  
cula subeunda. Cum enim  
ocasio se dat, & aliqui eo-  
rum fortiter, aut animosè fe-  
cerunt, conuocans Impera-  
tor in concionem omnes co-  
pias, & circumponens sibi  
eos, qui auctores egregij fa-  
cinoris, primum quidem lau-  
des eorum edisserit, & super  
hoc factò, & si quod aliud in  
omni vita gesserint, laude,  
& memoria dignum; post*

hæc

hæc ei quidem, qui hostem  
pereusserit, hastã donat; qui  
verò deiecerit, & spoliauerit  
pediti quidem phialã, equi-  
ti phaleras, olim autem ha-  
stam tantum. *Alia proponit  
præmia, veluti Coronas, de qui-  
bus adeundus Tertullian. Libr.  
de Corona Milit. Plinius Lib.  
21. Nat. Histor. Cap. 3. & 4.  
Agellius Libr. 5. Noct. Attic.  
Cap. 6. Iust. Lips. Lib. 5. de Mi-  
lit. Roman. Dialog. 17. Iterum  
Polybius. Itaque tali cura, &  
diligentia cum circa præ-  
mia, tum circa pœnas in  
castris, meritò etiam suc-  
cessus militiæ apud eos fe-  
lices, & illustres existunt.  
Pertinent hæc ad Ius Militare,  
vt inquit Isidor. in Can. Ius Mi-  
litare 10. 1. Distinct. Ex hoc  
fonte consilium Imperatoris Se-  
ueri, quamuis non satis probum,  
ad liberos emanauit: Inter vos  
consentite; milites ditate; re-  
liquos omnes spernite. Dio  
in Seuero.*

*13 Latinus Pacatus in Pa-  
negyr. ad Theodos. loquens de His-  
pania. Hæc durissimos mi-  
lites, hæc expertissimos du-  
ces, &c. parit. Et paulò post.  
Hæc Traianum illum; hæc  
deinceps Hadrianum misit.  
Imperio; huic Te debet Im-  
perium. Est hoc quod dixit  
Claudianus in Lib. de Laudibus*

*Serena, laudes quoque Hispania  
recensens.*

Principibus fœcunda pijs:  
Tibi sæcula debent  
Trajanũ; series his fontibus  
Ælia fluxit.

Hinc senior pater; hinc iuue-  
nũ diademata fratrum.  
Et inferius:

—fruges, æraria, miles  
Vndique conueniunt, toto-  
que ex orbe leguntur:  
Hæc generat, quæ cuncta re-  
gant.

*Duces aliquos in exemplũ dabo:  
Viriathũ: de quo Vellei. Patere.  
Lib. 2. Hist. Illæ [Hispania] cõ-  
tumelioso XX. annorũ bello  
sub duce Viriatho maiores  
nostros exercuerũt. L. Florus  
in Epit. Lib. 2. Decad. 6. Viria-  
thus primũ in Hispania ex pa-  
store venator, & ex venatore  
latro, mox iusti quoq; exerci-  
tus dux factus, vniuersam Lu-  
sitaniã occupauit, M. Vetiliũ  
Prætorẽ, fuso eius exercitu,  
cepit: post quẽ C. Plautinus  
Prætor nihilo felicĩus rẽ gef-  
sit, tãtũq; terrorem is hostis  
intulit, vt aduersus eũ cõsu-  
lari opuseffet, & duce, & exer-  
citu. Idẽ Lib. 2. Rer. Rom. Cap.  
17. Cæterum Lusitanos Viria-  
thus erexit, vit. calliditatis  
acerrimæ, qui ex venatore  
latro, ex latrone subitò dux,  
atq; Imperator, & si fortuna*

D

cef-

cessisset, Hispaniæ Romulus, non contentus libertatem suorum defendere per XIV. annos omnia citrà, vltraque Iberum, & Tagum igni, ferroque populatus, castra etiam Prætorum, & Præsidum aggressus, Claudium Vnimanum panè ad interuentionem exercitus cecidisset, insignia trabeis, & fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis tropæa fixisset. *Cicero Lib. 2. Officior.* Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro (de quo est apud Theopompum) magnas opes habuit, & multò maiores Viriathus Lusitanus, cui quidem exercitus nostri, Imperatoresque cesserunt. *Iustinus Lib. 44. Histor. ex Trogo Pompeio.* In tanta seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriathum fuit, qui annos decem Romanos varia victoria fatigauit. *Adde Solundicum Celtiberum, de quo Florus, dict. L. 2. C. 17.* Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit, & Numantinis, nec immeritò, quippè solis gentium duces contigerunt. Fuisset & cum omnibus Celtiberis, nisi dux illius motus initio belli oppressus esset, summus vir astu

tia, & audacia, si successisset, Solundicus. *Annibalè, Militaribus artibus in Hispania eruditù. Idem Florus, & est mihi sæpè vocandus, Lib. 2. Capit. 6.* Igitur in vltionem patris, ac patris missus cum exercitu Scipio, cui tam grande de Africa cognomen fata decreuerant, bellatricem illam, viris, armisque nobilè Hispaniam, illam feminarum hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem (incredibile dictu) totam à Pyrenæis montibus in Herculis columnas, & Oceanum recuperauit. *Mitto alios, venio ad Augustos, quorum agmè ducat Traianus. Ausonius in Cæjaribus, Num. 14.*

Aggreditur regimen viridi Traianus in æuo,  
Belli laude prior, cætera patris habens.

*Post quem Ælius Hadrianus haud contemnendus, & Miles, & Imperator. Ælius Spartianus in eius vita.* Secunda expeditione Dacica, Traianus cum primæ legionis Mineruæ præposuit, secumque duxit, quandoquidem multa egregia eius facta claruerunt: *Augustus iam salutatus, In Germaniam transijt, ait Spartianus, pacisque magis, quam belli cupidus, militem quasi*

bel-

bellum immineret exercuit, tolerantia documentis eum imbuens, ipse quoque inter manipulares vitam militarem magistrans, cibus etiam castrensibus in propatulo libenter vtens; hoc est, larido, caseo, & posca, exemplo Scipionis Aemiliani, & Metelli, & auctoris sui Traiani: multos præmijs, nonnullos honoribus donans, vt ferre possent ea, quæ asperius iubebat, siquidem ipse post Cæsarem Octauium labantem disciplinam incuria superiorum Principum, retinuit, ordinatis officijs, & impendijs. *Succedat Theodosius Magnus, cuius virtutem militarem extollit Pacatus in Panegyric. Quid mirum, cum Themistobius Euphrada, de Clement. eius, affirmet, Peritia militari Alexandro Magno extitisse maiorem! Innumeros alios tacitas prætermitto, ne in infinitum excrescant Notationes, siquidem Hispanos Duces recensere labor immensus iudicatur à Biondo Flauio Lib. 3. de Rom. Triumphat. Fol. 68. & Iacobo Valdesio in Lib. de Dignit. Reg. Hispan. Cap. 4. Num. 5. Videndus omninò Gregor. Lopez Madera in Excellent. Monarchia Hispan. Cap. 8. Num. 3. His insuper adiungo, Hispanos Du-*

*ces à Gallis quondam accersitos, vt maiori auctoritate bellum gereretur: Cæsar Lib. 3. de Bello Gall. Mittuntur etiam ad eas ciuitates legati, quæ sunt citerioris Hispaniæ finitimæ Aquitaniæ: inde auxilia, Ducesque accersuntur, quorum aduentu magna cum auctoritate, & magna cum hominum multitudine bellum gerere conantur. Duces verò ij deliguntur, qui vnà cū Q. Sertorio omnes annos fuerant, summamque scientiam rei militaris habere existimabantur. Dio Cassius Lib. 39. Quos dum acriter vlciscitur [P. Crassus] alios populos conuenisse ad arma videt; eosque milites Sertorianos ex Hispania accersisse, bellumque ab his magis arte militari, quàm temeritate administrari.*

14 *Alexander Magnus apud Q. Curtium Lib. 4. Nec postulare se, vt fortiter capesserent proelium, nisi ipse cæteris fortitudinis esset exemplum; se antè prima signa dimicaturum spondere. De Fabijs Liuius Lib. 2. Decad. 1. Nos, vt decet proceres, vt Fabio nomine est dignum, pugnando potius, quàm adhortando accedamus militum animos. Sic in primū*

D 2

in

infestis hastis prouolat duo Fabij, totamque mouerunt secum aciem. *Polyb. Lib. 3. Hist. de Annib.* Se ipse multitudine in exemplum dabat. *Idē de Scipione in expugnatione No uae Carthaginis.* Ipse quoq; Scipio periculis caput suum obiciebat. *Lucan. Lib. 9. De Catone.*

Ipse manu sua pila gerens præcedit anhelī  
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores,  
Non iubet.

*Corbulo apud Tacit. Lib. 13. Annal.* Ipse cultu leui, capite in tecto, in agmine, in laboribus frequens adesse: laudem strēnuis, solatium inuadidis, exemplum omnibus ostēdere. *Iulianus Imperator, apud Ammianum Lib. 15.* Pugnatores accēdens præeundo. *Militēs apud Sophoclem in Electra.*

Nos incitas, atque rem ipse primus aggredieris.

15 *Agesilaus percontatus,* Quid ducem belli præcipuē exornaret? *Respondit.* Aduersus hostes audacia, & in obla ta opportunitate ratio, & cō silium. *Stobæus Serm. 12.* Sed quā rarō utraque virtus ducem vnum exornet, demonstrat *Salustius de Bello Iugurthin.* Difficillimum in primis est, &

prælio strēnum esse, & bonum consilio. *Vnde Marius ab eodem laudatur ibidem.* In prælio consultor idem, & socius periculi. *Alexander à Curtio Lib. 3.* Non ducis magis, quā militis munera exequabatur. *Catilina à Sallust.* Strenui militis, & boni Imperatoris officia simul exequabatur.

16 *Cicer. Lib. 2. Tusculan. Quest. in fin.* Græci autē homines nō satis animosi, sed prudētes; ut est captus hominū, satis hostē aspicere non possunt, & ijdē morbos tolerāter, atq; humanē ferūt. At Cimbrī, & Celtiberi in prælijs exultāt, lamētātur in morbo. *Val. Max. Lib. 2. Dict. Factor. Memor. Cap. 6. Num. 11.* Auarā, & foeneratoria Gallorum philosophia, alacris, & fortis Cimbrorū, & Celtiberorum, qui in acie exultabāt, tanquā gloriōsē, & feliciter vita excessuri: lamētabantur in morbo, quasi turpiter, & miserabiliter perituri. *Diodor. Sicul. Lib. 6. Rer. Antiquar. Cap. 9. de Lusitanis.* Bella ad numerum aggrediuntur, Pæana, cū hosti obuiant, cantando. *Linus Lib. 3. Decad. 3. de Carpesijs.* Erumpunt igitur agmine è castris tripudiātes, more suo. *Silius Ital. Lib. 3. Punicor.*

— Misit diues Gallacia pubem,  
Barbara nunc patrijs vlulantes carmina linguis,  
Nunc pedis alterno percussa verberare terra,  
Ad numerum resonans gaudentem plaudere cetras.  
Hæc requies, ludusque viris, ea sacra voluptas.  
*Et Lib. 10.*

— ac ritu moris Iberi  
Carmina pulsata fundentem  
barbara cetra  
Inuadit.

*Nō contemnenda verba Lypsijs, virtutē Hispanorū admirantis, in Analect. ad Lib. 3. Dialog. 1. de Milit. Rom.* Addo, Hispanos, qui cetrīs vsū, pulsasse eas rythmicē, & cū cantu, saltuque hostē sic inuasissē. *Mira, & laudāda alacritas in periculis, viribusq; attollēdis.* *Neque ante prælia solū fortem hanc ob futurā pugnam alacritatē ostentabant, quin & capti ab hostibus eandem animi firmitudinem præseferēbant, quam tumuis intolerandis cruciatibus dilantarentur.* *Strab. Lib. 3. de Sit. Orb.* Et illud Cantabrorum desipientiæ tribuitur, quod nonnulli capti, atque in crucē suffixi, Pæanas canebant. *Consonat bis illius serui Hispani, qui percussit Asarubalem, Hispania Iustin. Lib. 44.* Eadem

etiam bello Punico serui illius patientia, qui vltus dominum inter tormenta risu exultauit, serenaque lætitia crudelitatem torquentium, vicit. *T. Linius Lib. 1. Decad. 3.* Comprehensus à circumstantibus, haud alio quā si euassisset vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut superante lætitia dolores, ridentis etiam speciem præbuerit. *Silius de eodem Lib. 1.*

Mēs intacta manet, superat,  
ridetque dolores.

*Polybius Lib. 3. Asarubalem à Celta quodam occisum asserit, attamen, si quod sentio proferā, lubentissimē corrigerem Celtibero, quod & Græco contextui accommodatur. Prædictis Valerium adiungo Lib. 3. Cap. 3. ad fin.* Cumque comprehēsus omnimodō cruciaretur, lætitiā tamen, quā ex vindicta ceperat, in ore cōstantissimē retinuit.

17 *Plato Lib. 1. de Legib.* Hispanos inter robustissimas ad bellū gentes enumerat. Carthaginenses, Celta, Hispani, Thracēs bellicosissimi omnes sunt. *Memini in Politicis Aristotelis aliquando legisse:* Et apud Hispanos bellicosam gentē tot bases numero erigebātur, quot hostes



interemissent. *Locus excidit, quem inquirere non est otium. Pergo. Alcibiades in oratione quapiam apud Thucydidem Lib. 3. Histor. vocat Hispanos, Fortissimos, & pugnacissimos omnium barbarorum. Athenæus Lib. 12. Dipsosophsar. Cap. 16. Hispani etiã stolas Tragicas, variatasque in duti, sagulis, ac poderibus vtuntur: quibus tamen non impediuntur, quominus ad rerum bellicarum negotium sint prompti. Diodor. Siculus diest. Lib. 6. Cap. 9. Iberi quondam, Celtæque pro agris bello certantes, pace demum constituta, communicataque inuicem patria, cum mutua connubia permisissent, dicuntur hac rerum communione id nomen sortiti. Duæ igitur robustæ nationes in patria fertili coniunctæ effecere, vt magnum esset Celtiberorum nomen. Strabo Lib. 3. Celtiberi quondam omnium maximè feri, inhumanique habiti. Dionys. Alexandr. in Lib. de Orb. Descript. Vers. 281. Cuius videlicet extremo sub angulo habitant Propè columnas, magnanimorum gens Hispanorum. Oppianus Lib. 2. de Piscatione, Vers. 676.*

Sed adhuc etiam prioribus sub Romanorum Imperatoribus  
Furebat Mars, Celtasque, & superbos Hispanos Armans.  
*Et iterum Lib. 4. Vers. 623. loquens de tynnis.*  
Hos verò priuim Ibericum intrà mare,  
Viri capiunt, vi superbientes Hispani.  
*Qua de robore, & animositate capienda.*  
18 *C. Velleius Patere. Lib. 2. Histor. de Hispanijs.* In quas Prouincias, cum initio, Scipione, & Sempronio Longo Coss. primo anno secundi Punicæ, ab hinc annos CCL. Romani exercitus missi essent, duce Cn. Scipione Africani patruo, per annos CC. in his multo, mutuoque, ita certatum est sanguine, vt amissis P. R. Imperatoribus, exercitibusque sæpe contumelia, etiam nonnunquam periculum Romano infertetur Imperio. Illæ enim prouinciæ Scipiones consumpserunt: illæ contumelioso XX. annorum bello sub duce Viriatho maiores nostros exercuerunt: illæ terrore Numantini belli populum R. concusserunt. In illis turpe Pompeij foedus, turpiusque Man-

cini, Senatus cum ignominia dediti Imperatoris rescidit. Illa tot Consulares, tot Prætorios absumpsit Duces: Patrumque ætate, in tantum Sertorium armis extulit, vt per quinquennium diudicari non potuerit, Hispanis, Romanisne in armis plus esset roboris, & vter populus alteri pariturus foret. *Flavius Vegetius Lib. 1. de Re Militar. Capit. 1.* Hispanos quidem non tantum numero, sed etiam viribus corporum nostris præstitisse, manifestum est. *Iustinus Lib. 44.* Bellum, quã otium malunt, si extraneus deest, domi hostem quærunt: sæpè tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm vita celebratur. *Et mox. Velocitas genti pernix, iniques animus, plurimis militares equi, & arma, sanguine ipsorum chariora. Liuius Lib. 4. Decad. 4.* Consul interim rebellionem Bergistanorum ictus, cæteras quoque ciuitates ratus per occasionem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hispanis ademit: quam rem adeò ægre passi, vt multi mortem sibi metipsi consciscerent. Ferox gens, nullam vitam rati sine

armis esse. *Et Lib. 8. Decad. 3.* Hispania non quàm Italia modò, sed quàm vlla pars terrarum bello reparando aptior erat, locorum, hominumque ingenijs. *Eiusdem Decadis Lib. 4.* Sed gens nata instaurandis, reparandisque bellis. *Lucius Florus Lib. 2. Rer. Romanar. Cap. 17.* Itaque per partes iam huc, iam illuc missi duces, qui ferocissimas, & ad id temporis liberas gentes, ideò impatientes iugi, multo labore, nec incruentis certaminibus seruire docuerunt. *Valer. Maxim. Lib. 9. Cap. 1. in Roman. Num. 5. de fastu Metelli Pij, qui in Hispania diuinis excipi honoribus patiebatur.* Et vbi ista? Non in Græcia, neque in Asia, quarum luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida, & bellicosa prouincia. *Iulius Mæternus ad Mauortium Lollianum scribens de gentium moribus.* Hispani, elata iactantia animositate præpositi. *Iulius Frontinus Lib. 2. Stratagemmat. Cap. 3. referens ordinationem aciei Hannonica.* In dextro cornu Hispani constituerentur, robustus quidem miles. *Latin. Pacat. in Panegyric.* Hæc durissimos milites, & c. parit. *Succedant Poeta, quorũ*

primus Virgilius Libr. 3. *Georgicor.*

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

*Horat. Lib. 4. Carm. Oda 5.*

—quis feræ

Bellum curet Iberiæ?

*Tibull. Lib. 4 Eleg. 1.*

—Nec latis audax Hispania terris.

*Iuuenalis Satyr. 2. Vers. 116.*

Horrida vitanda est Hispania.

*Et ibi Scholiastes Vetus:* His parce gentibus, ne pro iniuria rebellent. *Ioannes Britannicus ibidem.* Nulla, inquit, in iuria laceffenda est Hispania; nam Romanos impetus sæpè sustinuit. *Sidon. Libr. 9. Epist. 13.*

Imitabiturque Gallos  
Feritas Ibericorum.

19 *Appianus Alexandrin. in Celtico. de Gallis.* His mores ferocissimi insunt, in aggreffiendo insignis audacia. *Et paulò inferius.* Fuere tamen, vt creditum est, in bellis non admodum laboriosiffi, aut ratione vlla instructi, verùm belluarum in modum furore sæuientes, ob id que à Romanis per patientiam, ac tolerantiam subacti. *Est huic simillimum Dionis Casij iudicium Libr. 39. Roman. Hist.* Inconsulto e-

nim omnes Galli ad quacumque res inexplebili cupiditate feruntur, ita neque audaciæ, neque timoris modum sciunt, sed cum ab audacia in subitum metum, tū ab hoc in temerariam audaciam ruunt. *Vnde prudentissimus Annibal, apud Polybium Lib. 3.* Acie dimicare, quàm primùm cupiebat; nam & Gallorum primo impetu, dum adhuc recens erat, vti volebat. *Porrò Gallorum mollitiem expertus est Dux Carthaginensis, simulque Hispanorum constantem fortitudinem, cum in Etruria per paludes duxit exercitum, vt breuiori aditu, quamuis difficili, adiuuato, Flamini incepti nouitate percelleret, quod sic idem Polybius scribit.* Hispanos, & Afros primos ire iussit. *Et postea.* Post istos collocauit Gallos, & nouissimos omnium equites, cogendi agminis eura Magoni fratri relicta; tū reliquorum causa, tū Gallorum maximè, quorum mollitiem, & laboris impatientiam norat, vt si tœdio tam molestæ viæ pedem referrent, per equites eos cohiberet, & vim afferret. Hispani, & Afri per intactam adhuc paludem ingredientes, laborem, qui mediocris

erat

erat, sufferentes, pergebant, vtpotè genus hominum durum, & huiusmodi mala perpeti longo vsu assuetum. Galli & procedebant ægrè, palude iam conturbata, atque ad magnam altitudinem conculcata: & hanc ærumnam grauitè, atque impatienter tolerabant, vt similiū vexationum penitus inexperiti. *Cn. Manlius Romanus Consul in Liuso his verbis militum auget animos, Libr. 8. Decad. 4.* Iam vsu hoc cognitum est; si primum impetum, quem feruido ingenio, & cœca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore, & lassitudine membra. *Idem Libr. 7. Decad. 3.* Et ad Gallos iam cædes pervenerat: ibi minimum certaminis fuit; nam & pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratique somno passim per agros: & qui aderant, itinere ac vigilijs fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma humeris gerebant. *Idem Libr. 2. Decad. 3.* *Vbi Historiam à Polybio supra relatam prosequitur.* Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen: maximè Gallos, si

tœdio laboris, longæque viæ (vt est mollis ad talia gens) dilaberentur, aut subsisterent, cohibentem. *Iulius Casar Libr. 3. de Bello Gallic.* Nam vt ad bella fuscipienda Gallorum alacer, ac promptus est animus; sic mollis, ac minimè resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. *Tacitus in Vit. Iul. Agricol. Britannorum originem inquirens.* In vniuersum tamen æstimanti, Gallos vicinum solum occupasse, credibile est. Eorum Sacra deprehendas superstitionum persuasione. Sermo haud multum diuersus. In deposcendis periculis eadem audacia, & vbi aduenere, in detrectandis eadem formido. *Florus Libr. 2. Cap. 4.* Gallis Insu-Subribus, & his accolis Alpium, animi ferarum, corpora plusquàm humana erant: sed experimento deprehensum est, quod sicut primus impetus eis maior, quàm virorum est, ita sequens minor quàm foeminarum. Alpina corpora humenti cœlo educata, habent quidam simile cum niuibus suis; quæ mox vt caluere pugna, statim in sudorem

E

eunt

eunt, & leui motu, quasi sole laxantur. *Frontinus Lib. 2. Stratag. Cap. 1.* Fab. Maximus non ignarus Gallos, & Samnites primo impetu praeualere, suorum autem infatigabiles spiritus inter moras decertandi etiam incallescere, imperavit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem mora fatigaret: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis, in summa acie vniuersis viribus oppressum fudit hostem: *Silius Italic. Lib. 8.*

Quin etiam ingenio fluxi, sed prima feroces  
Vaniloquum Celtæ genus,  
ac mutabile mentis.

20 *Non adducam Scriptores Nostrates; sic omnem suspensæ fidei notam depellemus. Polybius Lib. 14. Histor. Quo* autem vehementius in huius belli curam Senatus incumbabat, eò maiori fuit admirationi, quod tunc accidit. Quum enim Quintus, qui anno superiore rem bellicam in Hispania administrauerat, & qui sub illo stipendia fecerant, Romam renunciasent, assidue fuisse acie instructa pugnandum; quam multi in his proelijs essent occisi; quanta Celtiberorum

virtus extitisset: præterea Marcello belli huius metum palam proficiente, eiusmodi pauciorum iuniorum mentes incessit, ut nihil simile unquam accidisse, seniores affirmarent. Tantus enim terror animos hominum occupauit, ut neque Tribuni quot erat opus Magistratibus nomina darent, qui prius solebant multo plures, quam quibus opus esset, sese offerre; neque Legati, quos una cum belli Duce oportebat proficisci, delecti à Consulibus conditionem acciperent, & quod maximum erat iuniores ad nomina non responderent; sed eas excusationes comminiscerentur, quarum meminisse turpe erat, examinare indecorum, poena afficere nefas. Tandem cum neque Senatus, neque Magistratus haberent quò se verterent, neque scirent quem finem iuuenes facturi essent impudicitiae (nam hoc verbo coacti sunt propter rei nouitatem uti) P. Cornelius Africanus, &c. *Appianus Alexandr. Iberic. in bello Hispanico, quod L. Lucullo Consule gestum est.* Et exercitum forte scripserunt in Hispaniam, tunc primum loco delectus. Cum enim multi ac-

cusarent Consules, quò iniuste, & iniquè delectus haberent, & quosdam ad leniores, aut minus periculosas expeditiones caperent, visum tunc Senatu sorte milites scribere. *Eadem habet Florus Epitom. Lib. 8. Decad. 5.* L. Licinius Lucullus, A. Posthumius Albinus Coss. cum delectum seuerè agerent, nec quenquam gratia dimitterent; à Tribunis Plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem coniecti sunt. Hispaniense bellum, cum parum prosperè aliquoties gestum, ita confudisset ciuitatem Romanam, ut ne hi quidem inuenirentur, qui aut Tribunatum exciperent, aut Legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus processit, &c. *Idem Florus Lib. 2. Rev. Roman. Cap. 18. de Numantinis.* Hostilium deinde Mancinum aggressi sunt: hunc quoque assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quisquam sustineret. *Idque adeò verum, ut Romanus exercitus, seuerissima iam disciplina ab Scipione castigatus, visis Numantinis, fugam arriperet. Frontinus Lib. 2. Strat. Cap. 8.* Scipio apud

Numantiam, cum auersum suum videret exercitum, pronunciauit sibi pro hoste futurum, quisquis in castra redisset. *Dio Cassius Lib. 54. de Agrippa:* His motibus sedatis, in Hispaniam transijt. Nam Cantabri qui in bello capti fuerant, ac venditi, singuli suis dominis interfectis, domum suam redierat, multisque ad defectionis societatem permotis, castellis quibusdam occupatis, ac communitis, præsidia Romanorum adoriebantur. Contra hos cum exercitu profectus, in militibus suis in officio retinendis laborauit. Veterani enim multi erant, qui continentibus bellis confecti, ac Cantabros, ut bellicosos, metuentes, dicto audientes esse recusarent. His celeriter, quàm consolando, quàm minando ad obtemperandum sibi compulsis, ad Cantabros cum pervenisset, ab hoste, qui cum Romano seruisset, rerum inde peritiam sibi pararat, ac spem salutis, si captus fuisset nullam reliquam habebat, multis est incommodis affectus: tandem cum multos milites amisisset, multos propter rem malè gestam ignominia notasset (nam præter

cætera totam Legionem, quæ Augusta vocabatur, eo nomine vti prohibuit.) Cantabros, qui essent militari ætate omnes propè deleuit. *Ad bellum ergo Hispaniense tanquam ad certam mortem proficisciebantur. Occurrit exemplum à Velleio positum Libr. 2.* Tàm seuerum illius Q. Macedonici in his gentibus Imperium fuit, vt cum urbem, Contrebiam nomine, in Hispania oppugnaret, pulsas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire iuberet, facientibusque omnibus in procinctu testaments, velut ad certam mortem eundem foret, non deterritus proposito, perseverantia Ducis, quem moriturum miserat, militem victorem recepit. *De Numantia D. Augustin. Libr. 3. Ciuitat. Cap. 21.* Illa exigua ciuitas Romanum circumfessa exercitum afflixerat, ipsique Romanæ Reipublicæ terrori esse iam cœperat.

21 *Strabo Libr. 3. de Sit. Orb.* Et Romani per partes Hispanorum modò hanc, modò aliam ditionem bello impetentes, aliàs alios dõ mando multum temporis traxerunt, donec tandem

omnes in suam redegerunt potestatem ducentis ferè, & pluribus vsi ad hoc annis. *L. Flor. Lib. 2. Cap. 17.* Hispaniæ nunquam animus fuit aduersus nos vniuersæ consergere, nunquam conferre vires suas libuit, neque aut Imperium experiri, aut libertatem tueri suam publicè. Alioquin ita vndique mari, Pyrenæoque vallata est, vt ingenio situs ne adiri quidem potuerit. Sed antè à Romanis obsessa est, quàm se ipsa cognosceret: & sola omnium Prouinciarum vires suas, postquam victa est, intellexit. *Vnde Indibilis Iltergetum Princeps apud Liuium Libr. 9. Decad. 3. Ausetanos, & alios ad rebellandum concitans.* Nunquam talem occasionem liberandæ Hispaniæ fore: seruitum ad eam diem, aut Carthaginiensibus, aut Romanis; nec inuicem his, aut illis, sed interdum vtrisque simul. Pulsos ab Romanis Carthaginienses: ab Hispanis, si consentirent, pelli Romanos posse. *Strabo vbi supra.* Qui si coniunctis viribus tueri se voluissent, nunquam licuisset, neque Carthaginiensibus, incurfione fa-

cta, maiorem Hispaniæ partem, nemine prohibente, subigere, neque ante hos Tyrijs, & Celtis, qui nunc Celtiberi, & Verones dicuntur: neque postea temporis latroni Viriatho, & Sertorio, & si qui alij ad maius in Hispanos Imperium animos adiecerunt.

22 *Tit. Lin. Libr. 8. Decad. 3. de Hispania.* Itaque ergò prima Romanis inita Prouinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium nostra demum ætate ductu, auspicio que Augusti Cæsaris perdomita est. *Velleius Libr. 2.* In Hispanias primi omnium duxere exercitus Cn. & P. Scipiones, initio secundi belli Punici, abhinc annos CCL. inde variè possessa, & sæpè amissa partibus, vniuersa ductu Augusti facta stipendiaria est. *Iustin. Lib. 44. in fin.* Nec prius perdomitæ Prouinciæ iugum Hispaniæ accipere potuerunt, quàm Cæsar Augustus perdomito orbe victricia ad eos arma transtulit. *Florus Lib. 2. Cap. 17.* In hac prope ducentos per annos dimicatum est à primis Scipionibus in Cæsarem Augustum. *Diodor. Lib. 6. Rer. Antiq. Cap. 9. de Celtibe-*

*ris.* A Romanis postmodum certè, multo post tempore bello cum eis gesto, vix tandem subacti sunt. *Strab. Libr. 3.* A Tago versus Septentrionem est Lusitania, maximam complectens Hispanorum gentem, plurimoque tempore bellis Romanis petita. *In Sacro Machabaorum Textu Lib. 1. Cap. 8. Vers. 3. scribitur:* Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quod in potestatem redegerunt metalla argenti, & auri, quæ illic sunt, & possederunt omnem locum consilio suo, & patientia. *Quo in loco per patientiam satis apertè denotatur Hispanos bellum multos ad annos protraxisse. Sed quis bellicorum tot certaminum finis? Difficillimus equidem, vel vno testante Dione Libr. 56. vbi de bello Cantabrico.* Augustus in summis difficultatibus constitutus, ac ex labore, curisque in morbum prolapsus, C. Antistio ei bello præfecto, Tarraconem se contulit. *Ab his, quæ diximus, discrepare videntur Pomponij I. C. verba in L. Necessarij, 2. §. 26. D. de Origin. Iur.* Capta inde Sardinia, mox Sicilia, itè Hispania, deinde Narbonensi Prouincia, totidè Prætores, quot Prouinciæ in ditionem

venerant, creati sunt. *Quibus ostendere Hispanias uniuersas à Romanis occupatas, prius quam Narbonensis Gallia subigetur, existimabit quispiam: sed longè alia I. C. mens, qui Prouincias recensuit non eo ordine, quo à Romanis uniuersæ possessæ sūt, sed attento solummodò tempore, quo Fasces, & Pratores acceperunt, & quidem anno DLVI. ab Urbe Condita Hispanias in Prouincialem formam ordinatas, coniectatur Carolus Sigon. in Commentar. ad Fast. Ann. DXLVII. Fol. 155. Quid uerò in Galliam Narbonensem, tanquam Prouinciam, Roma quotannis Pratores mitterentur, Anno DCXXXII. bello Allobrogico confecto, institutum: ut scribit idem Sigon. Diēt. An. Fol. 229.*

23 *Claudius Imperator in Oration. ad Senatum apud Tacit. Lib. 11. Annal.* Attamen si cuncta bella recenseas, nullum breuiore spacio, quàm aduersus Gallos confectum: continua inde, ac fida pax. *Strabo Lib. 4.* Ac Romani multò hos facilius, quàm Hispanos subegerunt: nam his, & prius intulerunt bellum, & tardiùs debellarunt, domitis intereà temporis omnibus, qui inter Rhenum, & Pyrenam erant, Gallis.

Hi enim confertim numerosis agminibus irruentes, confertim victi fuerunt. Hispani bellum traxerunt, & in partes exiguas certamina discerpserunt.

24 *Corn. Tacit. in Vit. Agricol.* Plùs tamen ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus. Mox segnitia, cum otio intrauit, amissa virtute pariter, ac libertate. *Strabo Lib. 4.* Nostra quidem ætate omnes pacati seruiunt; ac Romanorum, à quibus pacati sunt, iussis parent. Sed quales diximus superioribus tēporibus, tales eos fuisse intelligemus ex Germanorum adhuc durantibus consuetudinibus. *Dio Cass. Lib. 44. Histor.* Itaque nunc Gallia ista, quæ quondam Ambrones, Cimbroisque nobis immisit, in seruitutem redacta agriculturam, sicut ipsa Italia, exercet. *Velleius Lib. 2. de Gallijs.* Sed fulgentissimum C. Cæsaris opus in his conspicitur; quippe eius ductu, auspiciisque infractæ, pænè idem quod totus terrarum orbis, ignauum conferunt stipendium. *Appianus in Celtico.* Ante Marij autem

Consulatus, longè numerosior, bellicosior, & ætate formidatior exercitus Celtarum Galliam inuasit. *Pompon. Mela Lib. 2. de Sit. Orb. Cap. 5. de Massilia.* Hæc à Phocæis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimillimis tamen vicina gentibus. Mirum quàm facile, & tunc sedem alienam ceperit, & adhuc morem suum teneat. *Dat lucem Mela Strabonis locus, Diēt. Lib. 4.* Cùm autem Barbari [Galli] suprà eos siti subinde mansuescerent, & pro bello ciuilia iam studia, agriculturamque amplecterentur, ob Imperium Romanum, ne harum quidem rerum studio postmodò apud Massilienses tantum loci fuit. *Vnde nil mirum si Neruij, & Treueri Gallicam originem Germanica posthabuerint, ut refert Tacit. Lib. de Morib. Germ.* Treueri, & Neruij circa affectationem Germanicæ originis vltro ambitiosi sunt: quasi per hanc gloriam sanguinis, à similitudine, & inertia Gallorum separentur. *Summa tandem ignauia adscribendum id, quod affirmavit Diodor. Lib. 6. Cap. 9.* Asserunt in bellis sapiùs vegetum Gallum, à gracili, macilento-

que Ligure ex prouocatione, singulari certamine uinci.

25 *Celebris olim Hispanorum Deuotio. Plutarchus in Sertorio.* Erat autem in Hispania mos, ut cohors Prætoriana vnà cum cadente Imperatore mortem obiret; quòd vocabant illius regionis Barbari, Deuotionem. *Valer. Maxim. Lib. 2. Cap. 6. Num. 11.* Celtiberi etiam nefas esse ducebant proelio superesse, cùm is occidisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Laudanda utrorūq; populorum [Cimbrorum, & Celtiberorum] animi præstàtia, quòd & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitie constanter præstandam arbitrabantur. *Mentio etiam apud Dionem Lib. 53.* Quùm alijs alij eum modis gratularentur, Sextus quidam Pacuius, quem Apudium nominant, omnium studia superauit, more Hispanorum se Cæsari consecrans, idemque ut facerent alijs auctor existens. *Ex hac, inquam, fidelis, & forti opera, quam erga suos Imperatores exhibebant, sumpsit exordium, quòd alij Duces in custodiam corporis Hispanos accirent, ipsdemque Prætorianam militiam supplerent.*

*Sertorius in Appiano Lib. 1. de Ciuil. Roman. Bell. odio haberi cepit: Huius rei præcipua exercitus causa fuit, quod is custodes a Celtiberis vndique acciuerat, & Romanis à corpore amotis, eorum loco exteris se crediderat. Neque eum fefellit præclara opinio, quam de Nostrorum virtute, insitaque animis fidelitate conceperat: siquidem Fama est, ut ait Plutarchus, cum prope oppidum quoddam essent fusi, instantibus hostibus, sui immemores Hispanos, ut Sertorium seruarent, elaborasse: humerisque eum sustolentes alios præ alijs extulisse in murum. De his militibus, qui circa latus Indibilis Ducis excubitorum munus obibant, capio Lium Lib. 9. Decad. 3.*

Tandem postquam ij, qui circa Regem seminecem restantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant obruti telis occubuerunt, tum fuga passim cœpta. *Hæc, ni fallor, Prætorianorum Denotionem redolent.*

26 *Habuit Iulius Cæsar Hispanorum cohortem custodiae suæ. Suetonius in Iulio Cap. 86.* Sunt qui putent confisum eum nouissimo illo Senatus-Consulto, ac iureiurando, etiam custodias Hispa-

norum cum gladijs inspectantium se remouisse. *Appianus Lib. 2.* Adhortantibus denuò illis, ut custodiam corporis Ibericis cohortibus exhibere vellet, nihil assidua custodia infelicius esse, inquit, & in perpetuo timore commorantibus. *Certe Hispani Cæsarem custodiebant, sed ab eo dimissi, nec iterum admitti, propter rationem ab Appiano adductam, cui non obstitit Suetonius. Habuit præterea Augustus Prætorianos ex Calagurri. Idem Tranquillus in Octau. Cap. 49.* Certum numerum, partim in vrbs, partim in sui custodiam allegit, dimissa Calagurritanorum manu, quam vsque ad deuietum Antonium, &c. inter armigeros circa se habuerat. *Pertinacem quoque Seueram id obseruasse, legi aliquando apud Xiphilinum, qui non est in promptu. Notant Ludouic. Nonius Cap. 81. suæ Hispan. Gregor. Lopez Madera in Excellent. Monarch Hisp. Cap. 11. Num. 3. Iacob. Valdesius de Dignitat. Reg. Hispan. Cap. 7. Num. 25. Franc. Buiarius ad Chronic. Dext. Ann. 34. Commen. 3. Doctissim. vir D. Ioannes de Solorzano Tom. 2. de Iur. Indiar. Lib. 2. Cap. 31. Num. 25. & 26.*

27 *Atque, ut inquit Flor.*

Lib.

*Lib. 3. Cap. 22.* Nec aliter magis apparuit Hispani militis vigor, quam Romano Duce. *Sed quanti fecerint Hispanorum robur, sequentes auctoritates declarant. T. Lilius in fin. Lib. 4. Decad. 3.* In Hispania nihil memorabile gestum, præterquam quòd Celtiberum iuuentutem eadem mercede, quæ pacta cum Carthaginensibus erat, Imperatores Romani ad se perduxerunt: & nobilissimos Hispanos supra CCC. inde in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Annibalis erant, miserunt. Id modò eius anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem antè, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt. *Cui non repugnat Zonara sententia, quam, ut defendat Lilius, explicat I. Lipsius Lib. 1. Milit. Rom. Dialog. 7. Progredior. M. Cato, Maior cognominatus, sortitus est Citeriorem Hispaniam: Vbi cum gentes, ait Plutarchus, partim armis in ditionem redigeret, partim benevolentia conciliaret, ingruerunt magna manu Barbari, eratque ne opprimeretur periculum.*

Quare à Celtiberis, qui propinqui erant, asciuit auxilia. *Quibus auxiliij ferendi CC. talenta mercedem postulantes, cum alij omnes fœdum dicerent esse cum Barbaris Romanos de opis ferendæ pacisci mercede, negauit quidquam incommodi esse Cato. Lilius D. Lib. 4. Dec. 3.* Hispanis duplicia cibaria dari iussa, operaque eorum forti, ac fideli persæpè Respublica vsa est. *Idem Lib. 10. Decad. 4. de Regulo quodam Hispano.* Sequutus est inde Romanos, fortique, ac fideli opera multis locis rem Romanam adiuuit. *Lib. 6. Decad. 3. in Ouatione M. Marcelli.* Et non minimum fuere spectaculum cum coronis aureis præcedentes Sosis Syracusanus, & Mericus Hispanus. *O virtutem admirandam, quam nunquam squallentis aui senium delebit! Alia quidem gentes, Romani Imperij potentia in fracta, otio languescerent: Hispani tantum amissa libertate, fortitudinem retinuerunt, quæ apud ipsos victores magno fuit in honore, & usu. Augustus, domitis Asturbus haud exiguo labore, noluit Romanum Populum Nostrorum*

F

ro-

robore carere: cumque plana loca habitare iussisset, ut fiduciam adimeret montium, tamen exerceri eos instituit, teste Floro Lib. 4. Cap. 12. & ultim. Idem cum Cantabris, & vicinis ab eodem Imperatore factum crediderim. Strabo Lib. 3. Qui antè Romanorum socios populabantur, nunc pro Romanis arma ferunt, ut Coniaci, & qui ad fontes Iberi amnis accolunt, Tuisis exceptis. Occurrunt passim Hispani milites in Romanis expeditionibus: ut in Partibico bello memorat Appianus. Equitatus quoque ex Iberis, & Celtiberis à Romanis institutus ad numerum decem millium. Bello Ciuili Caesaris, cum filijs Pompeij, uterque exercitus fortissimum quemque ex Hispania habuit. De Pompeio Magni primogenito, Appianus Libr. 2. de Ciu. Roman. Bell. Exercitum alium ex Iberis, Celtiberis, & feris in vnum congregauerunt. Paucis interiectis. Et hi duo potissimum exercitus æstimatione digni ex Lybia, & Iberia in Cæsarem vnà vires assumpserunt. Dio Cass. Libr. 43. In pugna ad Mundam. In vtriusque Ducis exercitu, præter Romanos, sociosque multi Hispani, Maurique

erant. Idem de Cæsare Lib. 41. In pugna Pbarsalica. Iam copias Cæsar habebat ex plurimis, iisque optimis ciuibus constantes, tum ex reliqua Italia, ac ex Hispania. Bello etiam Africano Cæsarem sequuti sunt. A. Hirtius Lib. de Bell. African. Iam cum non amplius passuum MD. inter hostium aciem, suasque munitiones esse animaduertisset, intellexissetque ad impediendos milites suos, & ab opere depellendos, hostem propius accedere; necesseque haberet legiones à munitionibus deducere. imperat turmæ Hispanorum, ut ad proximum collem properè accurrerent, præsidiumque inde deturbarent, locumque caperent: eodemque iubet leuis armaturæ paucos consequi subsidio, qui missi celeriter, Numidas adorti, partim viuos capiunt, nonnullos equites fugientes convulnerauerunt, locoque sunt potiti. Hoc, & alijs innumeris experimentis, inuisum Hispanorum animum attestantibus, Cæsar didicit, quantum eorum vires in prælijs valeant: ijs enim, à primis Militaris Imperij tyrocinjs, usus est. Cicero Philippic. 4. Hoc insperatum omnibus

con-

mittunt. Hinc fax Silio Lib. 1. præfertur:

— — parmaqua relatæ.

Hispana de gente rudes. Spolia, scilicet, Romani retulerunt de Hispanis, qui in auxilijs Pænorum primo Punico. At in Secundo, frequentissima Nostrorum memoria, magna cum laude. Nec vanus metus, qui Romanorum mentes occupauerat, apud Liuium Lib. 1. Decad. 3. Annibalem trahere secum tot excitos Hispanorum populos. In prælio ad Capuam, apud eundem Lib. 6. Decad. 3. Legio ibi sexta loco celsis, qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis vsque ad vallum peruasit: ruperatque mediam aciem Romanorum, & in ancipiti spe, ac periculo erat, vtrum in castra perumperet, an intercluderetur à suis. Et Lib. 7. Ab Annibale Hispani primam obtinebant frontem, & id roboris in omni exercitu erat. Et quas non pateretur clades exercitus Carthaginensium, nisi Hispanorum succurrisset manus? Polyb. Libr. 2. de Annibale deducente suos ex agro Falerno. Atque ut prima luce animaduertit suis hastatis periculum imminere ab

consilium, incognitum certè, cepit, ut exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduceret, Antonijque furorem, crude lissimis consilij incitatum, à pernicie Reipublic. auerteret. Excant lapides multi sepulchrales, quibus honores continentur à Romanis Principibus in Hispanos militantes, ob egregia facinora, collati. Vterius, Egypti, & Arabia custodiam Hispanis, & Lusitanis equitibus commissam, asserit Liber, cuius Titulus, Notitia Prouinciarum: ex quo Morales Libr. 10. Cap. 33. Qua de Legione Fulminatrice alij comminiscuntur, lubens taceo.

28 Bènd I. Lipsius, Militiam Romanam, Philippo III. Gloriosissimo Tua Claritudinis Auo, consecrans, dicebat: Nec verba sunt, res docuit bello Annibalico, qui præcipuas suas victorias Hispano militi non inuitus referet acceptas. Primo Bello Punico magna Hispanorum copia in Siciliam contra Hieronem, & Romanos transfretarunt. Polyb. Lib. 1. Itaque mercenario milite è transmarinis regionibus conducto, magnum Ligurum, & Gallorum, ac maiorem etiam Hispanorum numerum in Sicilia

F 2

ijs

ijs Romanis, qui cacumina infidebant, manum Hispanorum aduersus eos misit: qui certamine cum illis inuito, mille circiter Romanorum prostrauerunt: suos verò expeditos non difficulter exceptos è montibus deduxerunt. *Liuius Lib. 2. D. 3.* Luce prima subiugo montis prælium fuit, quo interclusam ab suis leuem armaturam facile (etenim numero aliquantum præstabant) Romani superafsent, nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab Annibale, pervenisset. Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupeſque aptior, cum velocitate corporum, tam armorum habitu, campeſtrem hostem, grauem armis, statariumque, pugnae genere facile eluſit. Ita haudquaquam pari certamine digreſſi, Hispani ferè omnes incolumes, Romani aliquot ſuis amiſſis, in caſtra contenderunt. *Quid in Africa? Ipſe Annibal per Gallias in Italiam penetraturus, nullum robuſtius præſidium inuenit, quo patriam Romanis à Sicilia apertam firmaret, quàm Hispanorum, ſi fides Liui Li-*

*br. 1. Decad. 3. Verùm in magnis discriminibus verſatus eſt, antè quàm tantum militem ſub ſignis haberet: Actumque eſſet de rebus Annibalis, niſi in detreſtandam Noſtris pugna, ſolita prudentia vteretur. Plutarchus in Annibale, de Hispanis in Carthaginiensibus rebellantibus.* Facile in hanc ſententiam diſcedentes populi bellandi cupidi, recentibusque iniurijs laceſſiti, arma capiunt, ac ingenti multitudine coacta (erat enim ſuprà centum millia) Annibalem redeuntem ex Vaccæis prope flumen Tagum adoriuntur: ad quorum conſpectum ſubitò conſtitere Carthaginiensium ſigna, totoque agmine pauor, & trepidatio fuit. Nec ambigitur quin Pœni eo die inſignem cladem accepturi eſſent, ſi repentino hoſtium aduentu commoti, prædaque onuſti, cum ferociſſimis gentibus conſeruiffent manus. *Polybius Lib. 2.* At mox in reditu, impetum Carpetanis in ipſum facientibus, quæ ferè validiſſima gēs eſt totius illius tractus, maxima ex inopinato pericula adiit. *Et poſtea.* Quòdſi iuſto

prælio cum his dimicare Carthaginiensibus fuiſſent coacti, nullum dubium eſt, quin malè rem fuerint geſturi. *Nec minori metu percuſſi milites Aſdrubalis, quem ad certamen Galbus Dux Carpeſiorum elicere non potuit, quod refert Liuius Lib. 3. Decad. 3. ubi digna relatu ſunt verba illa: Nec Numida Hispano eques par fuit: nec iaculator Maurus cettato, velocitate pari, robore animi, viriumque aliquantum præſtanti. Vnde non mirum Carthaginiensibus, & Numidas omnem ſpem in Celtiberorum auxilijs collocaffe, teſtante Polybio Lib. 14.* Sed cum circa Abbam urbem Celtiberi ei [ Syphaci ] occuſſent, quos Carthaginiensium conquiſitores conduxerant, ſuprà millia hominum quatuor, eo auxilio Numidæ conſiſi, animiſque aliquantulum receptis, ſubſtiterunt. *Infelix pugna exitus fuit, ſed adhuc in calamitoſa ſtrage Celtiberica enituit fortitudo.* Igitur nudata, procedit Polybius, vtrinque cornibus acie, Celtiberi circumfuſis vndique Principibus, & Triarijs, omnes, paucis admodum

exceptis, ſunt caſi. Et hi quidem iſto modo perierunt: quorum opera magno Carthaginiensibus fuit vſui, non ſolum decertantibus, verùm etiam fugientibus. Nam ſi Romanorum impetum nihil Celtiberi eſſent remorati, atque illi ſtatim fugientes Pœnos veſtigijs ipſorum eſſent perſequuti, pauci omnino illorum manus hoſtium effugiſſent. Nunc per eam moram, quam iſti attulerunt, & Syphax cum ſuo equitatu ſine diſcrimine in Regnum ſeſe recepit ſuū; & Aſdrubal cum ſuperſtitibus Pœnis Carthaginem peruenit.

29 *Nam vt inquit Tacitus Lib. 11. Annalium: Flagitiorum deformitas aufert Miſericordiam. Cicero Lib. 2. Rhetoricor. Veter. Eorum miſereri oportet, qui propter fortunam, nō propter crimen in miſerijs ſunt. Demoſt. apud Stobæum Serm. 44. Iuſtum eſt miſereri, nō improborū hominum, ſed eorum, qui immeritò infelices ſunt. Euripides in Auge:*

Miſericordia digni ſunt, nō malſicci, ſed probi, Malos homines caſtigare bonum eſt.



*Sophocles in Tyro.*

Misereri oportet iustorum,  
non improborum.

*Huc mentem, & calamum vertit Plato Lib. 2. de Legib.* Non infelix, sed malus semper castigandus est, vt fiat melior. *Meritò Panegyristes ille Constantini seueritatem contra Francorum rebelles Regulos in acie captos, commendat.* Et fortis, inquit, licet sit, qui de uinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen est, qui calcat iratos. *De Tiberio Tacitus Lib. 2. Annal.* Vinctis graues poenas, in ditionem venienti, paratā clementiam.

30 Princeps, inquit *Tacitus 12. Annal.* qui dominatum prius amissum, armis inuadit, truculentior, quam antea in subditos, tanquam aduersus defectores, & in tempore rebellaturos, apparet. *Crudelis hac, & Regibus indigna via, quibus pulcherrima comparatione Clementiam erga subditorum peruicaciam suadet Q. Fabius Maximus in Plutarcho.* Iniquè comparatum iudicabat, si cum equites, & venatores, cura, exercitatione, alimentisque potius, quam flagris, nonnullis contumaciam, & ferociam animalibus adime-

rent: hominibus aliquis Imperans non maximam castigandi partem in gratia, & clementia poneret, asperiusve suos tractandos putaret, quam rustici caprificum, pirum syluestrem, aut oleastrum, quas illi arbores cultu mitescere, & in ficum, pirum, oleam, cicures transire docent. *Non à Fabio hoc consilium, à Natura est: Stimulo quidem, scribit Mich. Glyca, Part. 1. Annal.* Rex apum præditus est, verum ad vindictam eo nõ utitur: sunt hæ leges quædam non scriptæ, sed ab ipsa profectæ Natura; vt qui maximis Imperijs potiuntur, ad puniendum tardi sint. *Ad rem satis appositè Bartholom. Facius Lib. 7. Histor.* Præstantis Regis est victis ignoscere, & sapientis, integram, quam euerse ciuitati, dominari velle. *Alphonsus vtrò Rex gloriam, & gratiam hac virtute collegit: obsidenti enim ei Caietam, pertinaciter rebellem, à quibusdam Aulicis obiectum: Nisi tanta illos benignitate tractasset, qui foras ad subleuandam com meatuum inopiam emissi, urbem iam fuisse suam, quibus plenum pietate responsum reddidit: At mihi*

plu-

pluris tot hominum incolumitas est, quam centum Caietæ. *Lips. in Monit. & Exempl. Politic. Lib. 2. Capit. 12. Exempl. 16. Qui subdit: Tamen nec ea diu defuit: & ciues tam insigni virtute moniti, & resipiscences, vtrò se ei tradiderunt. Non Caieta sola, alij multi populi in Regis pietissimi venerunt potestatem. B. Facius Lib. 4. Histor.* Ea verò Regis humanitas audita, incredibile est, quam multos, tum populos, tum Principes adhuc incertos, quid agerent, vtrāne partem sibi sequerentur, sibi conciliauerit. Neque enim propè vlla res est, quæ magis mortalium animos capiat, quam eorum, qui calamitate aliqua premuntur, malis commoueri. *Tempora confundere liceat, vt exemplum non dissimile subiungamus: Extat apud Valer. Lib. 5. Cap. 1. in Roman. Num. 5. his verbis conceptum. Q. verò Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobricam obsideret, & iam admota machina partem muri, quæ sola conuelli poterat, disiecturus videretur, humanitatem propinquæ victoriæ prætulit, (ò laudem Philippi Magni Cle-*

*mentia debitam!)* Nā cum Re thogenis filios, qui ad eum transferat, Centobricenses machinæ ictibus obiecissent; ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur ab obsidione discessit. Quo quidem tam clementi facto, & si non vnus ciuitatis moenia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit. *Ergo Clementia, & Humanitas, certissimum ad vincendum viaticum. C. Caesar in Epistol. ad Oppium, & Balbum: Gaudeo mehercules, vos significare litteris, quam valdè probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro vtar libenter, & hoc libentiùs, quòd mea sponte facere constitueram, vt quam lenissimum me præberem, & Pompeium darem operam, vt reconciliarem. Tentemus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti. Hæc noua sit ratio vincendi, vt misericordia, & liberalitate nos muniamus. Claudat hanc Notationem celeberrimum Agesipolis, Cleombrotti F. dictum, à Plutarcho relatum in Laconicis Apophthegmat. Cum quidam apud ip-*

sum

*sum, ceu rem magnificam, prædicaret, quod Philippus Macedonum Rex, intra dies pauculos subuertisset Olynthum: Atqui per Deos, dixit, talem ciuitatem longè maiore tempore spatium non extructurus est. Significauit vir cordatissimus, multò melius esse singulari clementia ciuitates seruare, quàm conditas excindere. Sciant omnes Augustū Alexandriam nõ diripuisse, quæ tam pertinaciter rebellarat.*

31 *Dion Syracusanus, assiduus à militibus vociferationibus extimulatus, ut Heraclidem factionum auctorem, & in Syracusanos conspirantem, è medio tolleret, respondit: Si ob inuidiam Heraclides perfidus, nefariusque est, haud propterea opus est, ut Dion neglecta virtute iræ obtemperet, vitamque corrumpat: Sic Brasen. Lib. 3. Cap. 4. Cicer. in Orat. pro Q. Ligario, de Cæsare: Cognita Clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus? Item pro Marcello. Vidimus victoriam tuam, præliorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus: quos amissimus ciues, eos vis Martis percussit, non ira victoris. Dio Cas-*

*sius de eodem Lib. 41. quando Petreium, & Afranium in Hispania circumuenit, unà cum Pompeiano exercitu. Pacti, ut & vis omnis à se abstinere, neque contra Pompeium cum Cæsare militare cogere, ei sese dediderunt. Vtramque conditionem summa fide Cæsar præstitit; nam & neminem ex ijs, quos eo bello cepit, occidit (quamquam Afranius aliquando induciarum tempore nonnullos de Cæsarianis incautos interemerant.) Nazarius in Panegyric. de Constantini post deuictum Maxentium Clementia, sic loquitur. O tandem felix ciuili Roma victoria! Irrupit olim te Cinna furiosus, & Marius iratus, qui non solo se Octauij Consulibus sanguine satiarunt, sed luminibus Ciuitatis extinctis, exēpla, quæ nunc toto sexennio passa est, reliquerunt. Vicit tibi iterum ante portam Collinam Sylla, Felix, si se patiens vindicasset. Constantinus victoriæ licentiam sine prælii terminauit. Gladios, ne in eorum quidem sanguine dstringi passus est, quos ad supplicia poscebas. De Theodosio, D. Ambros. in Oration. Funeb. de Obitu eius.*

Vincere volebat, non pletere: Æquitatis iudex, non pœnæ arbiter: qui nunquam veniam confitenti negaret. Dilexi virum misericordem, humilem Imperio, peccatore mansucto præditum. Et D. Augustin. Lib. 5. Ciuit. Cap. 26. In neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit: Et mox. Nec priuauit rebus, sed auxit honoribus. Claudianus: Non tamen oblitus ciuem, cedentibus atrox Partibus infremuit: non insultare iacenti Mallebat, mitis præcibus, pietatis abundans, Pœnæ parcus erat, paci non intulit iram: Post acies, odijs idem, qui terminus armis. Profuit hoc vincente capiti. — Imitationem ab stirpe traxit Theodosius Ianior, qui à quibusdam rogatus: Cur neminem eorum, à quibus lædebatur, supplicio capitis afficeret? Clementer respondit: Utinam mihi liceret, & mortuos ad vitam reuocare. Spieg. in Libr. 2. Capit. 47. Alphonsus quoque Rex cum argueretur aliquando, quod nimis mitis, ac lenis esset erga suos, ut qui nonnunquam etiam

*ijs, qui grauius in ipsum deliquissent, ignosceret: Malo, inquit, multos mea clementia, & mansuetudine seruare, quam paucos mea seueritate perdere. Panormitan. Libr. 2. de Reb. gest. Alphons. Ioannes II. Aragonia Rex, Barcinonensibus à se obsessis, qui per decennium rebelles permanferant, Epistolam misit, paterna quidem clementia refertam: qua veniam omnibus, & antiqua priuilegia pollicebatur, eaque à Consiliarijs, & populo perlecta, benignitatem Principis sui non sine stupore venerantes ciues, statim ei urbem dederunt, testante Zurita Lib. 18. Cap. 40. ad 44. O si aurore virtuti mentes conformantes nepotes, tam præclarum facinus imitarentur!*

32 *Propter rebellionem amitti priuilegia affirmat Bald. in Tit. de Pace Constant. Vers. Nos Romanorum, Verb. Priuilegio, & in Cap. Sicut, de Iureiurand. Afflictis Decis. 14. Numer. 6. Iacobus Bonaudus in Postillis ad Ioan. de Terra-Rubea Tract. 3. contra Rebelles. Art. 9. Verb. Sufficiant. Martinus Laudensis in Tract. de Crimin. Les. Maiestat. Quæst. 29. Grammatic. Decis. 46. Num. 10. Hieronym. Gigas de Crim. Les. Maiestat. Titul. de Rebellibus,*

*Quest. 25. Numer. 7. Roman. Conf. 459. Crauet. Conf. 640. Numer. 6. Curt. Iunior Conf. 137. Num. 14. Ægid. Bossius in Practic. Titul. de Crimin. Les. Maiest. Num. 118. Carolus Tapia ad L. final. D. de Constitutionibus Princip. Cap. 7. Num. 10.*

33 *Non aliter, ac Agefilaus: Qui, ut scripsit Plutarchus in Apophthegm. Lacon. quamquam feliciter apud Corinthum pugnaverat: & in eo prælio accepisset, Spartanorum admodum paucos desideratos: cæterum è Corinthijs, & Atheniensibus, alijsque focijs ingentem numerum interijisse: adèd non gauisus est, nec elatus ex victoria, ut grauter ingemiscens deploraret Græciæ vicem: Heu, inquit, Græciam, quæ tot viros intestino bello perdidit, quot vniuersis Barbaris debellandis factis esse poterant? Prudenter Plato Libr. 5. de Legibus. Seditio in ciuitate orta, non est optandum, ut perditis alteris, alteris victoribus pax fiat, sed ut amicitia, & pax ex reconciliatione fiat, & sic necessariò contingat, ut in externos hostes animum*

*intendant. Diuus Augustinus Dist. Libr. 5. Cinitat. Capit. 26. de Theodosio. Bella ciuilia non sicut Cinna, & Marius, & alij tales, qui nec finita finire voluerunt; sed magis doluit exorta, quàm cuiquam nocere voluit terminata. Utinam pax aterna inter Christianos Principes sansiretur, & in Fidei hostes vertentur arma! Iustinianus quondam Childeberto scripsit apud Procopium Libr. 1. de Bello Gotthico. Pax fuerit, ut nobis in hoc bello auxilio sitis, quòd sit vtrique nostrum communis rector, & vera Fides, in Gotthosque odium, qui ob Arrianam fidem sunt detestandi.*

34 *Petrus Galestinus in Vita Sancti Didaci Complutens. Part. 1. Capit. 2. apud Laurentium Surium Tom. 6. Die 12. Nouembr. Dei munere, beneficioque Hispania iam inde vsque ab eo tempore, quo Apostoli, & Apostolici viri splendidissimum Fidei, ac Virtutum Christianarum ornamentum explicarunt, tam mirifico illo splendore incensa, dementis superstitionis falso cultu abiecto, ar-*

*denter amplexa est Sanctissimam Christi Domini Religionem. Quo factum est, ut in omni temporum varietate, quibus contra Ecclesiam Dei bellum exarsit, magnam, ac firmissimam Martyrum multitudinem, quasi cohortem quandam Prætoriam, in aciem eduxerit. Eamque obrem admirabilis elucet Christiana virtus Hispanorum, qui Fide imbuti ad eam tuendam sunt confirmati vehementius. Erasmus in Panegyrico ad Philipp. I. Hispania fatalis Fidei murus, & Christianæ Religionis vnicum propugnaculum. Ioannes Anton. Magin. in Tabul. Nou. Geograph. In Hispan. quæ est 3. Europ. Sacra tamen præ cæteris venerantur, & Pietatem Christianam summo perè colunt.*

35 *Valerius Maxim. Libr. 1. Capit. 1. Numer. 8. Non mirum igitur si pro eo Imperio augendo, custodiendoque, pertinax Deorum indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosa cura parvula quoque momenta Religionis examinare videtur. Aristoteles Libr. Rhetoricor.*

*ad Alexandr. Capit. 3. Deinde quod & consentaneum sit, Deos immortales benevolentiores esse in eos, qui maximè illos colunt. Liuius Libr. 5. Decadis 1. Omnia prospera eueniunt colentibus Deos, aduersa spernentibus. Hinc Pythium Oraculum Dardano consulenti respondit, apud Dionys. Halicarnas. Lib. 1. Antiq. Roman.*

*In vrbe, quam conditis, Dijs cultum incorruptum semper Statues, & obseruantia colles, sacrisque, chorisque, Nam dum hæc veneranda in vestra regione fuerint Dona Iouis virginis, coniugis tuæ, ista vibs tibi Erit inexpugnabilis in perpetuum omnes dies.*

36 *Diuus Gregorius Pap. Libr. 3. Epistol. 7. quæ est Gennadio Exarcho Africa. Scito autem, Excellentissimæ Fili, si victorias quaritis, si de commissa vobis Prouinciæ securitate tractatis: nihil vobis magis aliud ad hoc proficere, quàm zelari Sacerdotum vitas, & intestina Ecclesiarum, quantum possibile est, bella comperescere. Constantius Imper. in L. In qualibet, de*

*Sacrofanct. Eccles. G. Theodos.* Gaudere, & gloriari ex Fide semper volumus, scientes magis Religionibus, quàm officijs, & labore corporis, & sudore nostram Rempubli- cam contineri. *Theodosius A. Nouell de Iudais.* Inter cæteras sollicitudines, quas amor publicus pervigili nobis cogitatione indixit, præcipuam Imperatoriæ Maiestatis curam esse perspeximus, Veræ Religionis indaginem, cuius si cultum tenere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperimus incoceptis. *Iustinianus Imperator Nouella 42. de Episcop. & Cleric.* Nos omni prouidentia curam Ecclesiarum gerimus, per quas, & Imperium nostrum sustineri, & publicas res per clementiam Dei, ac gratiam muniri existimamus. *Carolus Magnus in Prefation. Capitular.* Placuit nobis vestram rogare solertiam, scribit Episcopis, vt vigili cura, & admonitione populum Dei per pascua vitæ æternæ ducere studeatis, vt qui nostro Regno tantos contulit honores, sua protectione nos, nostrumq; Regnum in æternum conseruare dignetur.

37 *Cicer. Lib. 1. Officior.*

Studiosè plerique facta Principum imitantur. *Et Lib. 3. de Legibus.* Nam licet videre, quacumque mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in populo sequutam. *Liuius Lib. 1. Decad. 1.* Ipsi se homines in Regis, velut vnici exempli, mores formant. *Velleius Lib. 2.* Princeps optimus faciendo docet, cumque sit Imperio maximus, exemplo maior est.

38 *Maximè, inquam, in his qua spectant ad Religionem.* *S. Ioannes Damascenus in Vita SS. Barlaam, & Iosaphat, Cap. 33.* Siquidem ipse quoque Rex omnibus virtutis exemplar erat, ac permultos ad eandem voluntatem, & sententiam excitabat: hu- iusmodi quippe Principatus, atque Imperij natura est; semper enim subditi ad eum, qui rerum potitur, sese componunt, eaque amare, ac consecrari solent, quibus Principem delectari sentiunt. *Plutarchus in Numa.* Imperium vire prudenti multarum, atque præclararum actionum locum dat, in quo & magnificè Deum venerari licet; & homines ad Religionem facillimè Principis ductu, possunt

emo-

emolliri, atque traduci.

39 *D. Isidorus Lib. 18. Origin Cap. 1. & in Can. 1. 23. Quest. 2.* Iustum est bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa. *D. Augustin. Lib. 6. Quest. Cap. 10.* Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur iniurias. *D. Ambros. Lib. 1. de Offic. Cap. 27. & in Can. 5. 23. Quest. 3.* Fortitudo, quæ vel in bello tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitia est. *Aristotel. in Rhetor. ad Alexandr.* Oportet iniuriam passos pro se ipsis arma capere, siue pro cognatis, & beneficis, itemque socijs iniuria affectis auxiliari. *Cicer. pro Milone.* Illud est non modò iustum, sed etiam necessarium, cum vi vis illata defenditur. *D. Augustin. Lib. de Diuersis Eccles. Observation. In Can. 6. 23. Quest. 1.* Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur. *Calixtus Papa Epist. 2. ad Episcop. Gallie.* Iustum est, vt qui diuina cõtemnunt mandata, & inobe-

dientes Patrum existunt iustionibus, seuerioribus corrigantur vindictis. *Aristotel. Lib. 1. Politicor. Cap. 8.* Quapropter & bellica secūdam naturam quodammodò acquisitiua erit. Nam & venatoria pars illius est, qua vti oportet contra bestias, & cõtra eos homines, qui ad parendum nati sunt, nec volunt parere: quia natura id bellum iustum existat. *Videndus D. Thomas 2. 2. Quest. 40. Artic. 1. & ibi Theologi Recentiores.*

40 *D. Bernardus Lib. de Nou. Milit.* Si bona est causa pugnantis, pugnae exitus malus esse non potest: sicut nec bonus iudicabitur finis, si causa non bona, & intentio non recta præcesserit. *Lucan. Lib. 7.*

Causa iubet Superos melior sperare secundos.

*Propert. Lib. 4. Eleg. 6.*

Frangit, & attollit vires in milite causa,

Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

*Pompeius in Oratione ad exercitum, apud Appian. Lib. 2.* Fidere etenim Dijs immortalibus æquum nobis est; ratione belli inspecta, quod iustitiam in se, honestatemque continet, pro salute Rei

pu-

publicæ nostræ certantibus. *Belisarius ad milites in Procopio Libr. 1. de Bello Vandalicæ.* Longa mihi opus esset oratione ad enarrandum, quantam vim habeat ad victoriam iustitiæ obseruatio. *Idem Libr. 2.* Multa victoriam fortibus viris pollicentur, iustitia imprimis, pro qua contra iniustos, & iniquos venimus, nostra quoque recuperaturi. *Paul. Iouius Libr. 2. Histor. sui Tempor.* Spem non dubiam rei bene gerendæ pollicentur, causa imprimis longè optima, &c. *Andr. Alciatus Libr. de Singular. Certamin. Capit. 7. Numer. 1.* Etenim opinione humana passim receptum est, cum qui iniuste in stadium descendit, ferè semper succumbere. *Huc referenda Antisthenis vox, quam ex Diocle adducit Diogenes Laertius Lib. 6. de Vit. Philosophor. Cap. 1.* Præstat cum paucis bonis aduersus malos omnes, quàm cum multis malis aduersus paucos pugnare.

41 *Procop. Lib. 1. de Bello Persic.* Necessaria, nec prorsus voluntaria eligentes pericula, Deus semper adiuuat. *D. August. Epist. 207. ad Bo-*

*nifaciam, in Can. Noli existimare 3. 23. Quest. 1.* Pacem habere debet volūtas, bellū necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. *Liu. Lib. 9. Dec. 1.* Iustū bellū, quibus necessariū, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.

42 *D. Ioann. Chrysof. Homil. in Psalm. 134. Tom. 1.* A Deo habemus dexteram, vt & nobis ipsis, & alijs iniuria affectis opē feramus: vt scelerata de medio tollamus, vt his, quibus vis, & damnū adfertur, simus portus, & refugium. Quo modo ergo eis venia dabitur, qui non ad salutem his armis vtuntur, sed ad aliorum perniciem? *Diuus Augustin. in Canon 50. 23. Quest. 4.* Si ea, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus, ad irascendum vtique Diuinitatis patientiā prouocamus.

43 *Cicer. in Orat. pro M. Fonteio.* An verò istas nationes religione iurisiurandi, ac metu Deorum immortalium in testimonijs dicendis commoueri arbitramini, quæ tantum à cæterarum gentium more, ac natura dissentiant, quod cæteræ pro religionibus suis bella suscipiunt,

istæ contra omnium religiones? Illæ in bellis gerendis ab Dijs immortalibus pacē, ac veniam petunt, isti cum ipsis Dijs immortalibus bella gesserunt. Hæ sunt nationes, quæ quondam, tam longè ab suis sedibus Delphos vsque ad Apollinem Pythium, atque ad Oraculum Orbis terræ vexandum, ac spoliandum profectæ sunt. *Iustinus Lib. 24. de Brenno Gallorum duce in hac expeditione.* Inde quasi spolia forderent, animum ad Deorum immortalium templa conuertit, scurriliter iocatus, locupletes Deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam religioni, aurum offensæ Deorum immortalium præferens: quos nullis opibus egere, vt qui eas largiri hominibus soleant, affirmabat. *Hic addo Pausaniam in Atticis, seu Libr. 1. Diodor. Sicul. Libr. 6. Rerum Antiquar. Capit. 9.* Igitur auo illo, quo superstizioso cultu falsa numina venerabantur, in ipsa Deorum templa, atque donaria, bellum irreligiosum suscipiebant. Quid tandem postquam vera Fidei dogmatibus imbu-

ti? Equidem *Diagobertum Regem, adhuc adolescentem, templa spoliasse inuenio, præcipuè S. Hilarij Pictauiensis, vt affirmat Foreatulus Lib. 5. de Imperio, & Philosoph. Gallor. Fol. 35 r. Annonius Libr. 4. Capit. 20. Saluianus Massiliensis sapissimè Gallorum irreuerentiam in Ecclesijs reprehendit, vt Libr. 4. Capit. 7. de Prouidentia Dei. Quod & Nicolaus Pontifex significauit in Can. Quorundam 1. 34. Distinction. eos irreuerentes appellans. Inde Stephanus Durantus de sua ætate lachrymabundus queritur Libr. 2. de Ritibus Eccles. Capit. 31.* Sanè hodie is est Galliarum status, ea rerum omnium perturbatio, atque conuersio, vt suæ quæque fortunæ poeniteat, nemoque ferè sit, qui non vbiuis potius, quàm vbi est, esse malit. Non solum enim rei familiaris iactura, sed totius Galliarum imminere videtur interitus, & quod maximum est, veræ, & Catholicæ Religionis ereptio. Hæretici siquidem templa diruunt, altaria prophanant, & evertunt, Sacras Christi, & Sanctorum imagines incendunt, Catholicos insectantur

captos vinculis, verberibus, atque omni supplicio excruciatos necant. Germanorum, & Barbarorum copias in Gallia vastationem aduocant. Ac, quod omnem impietatem superat, Sacrosanctum Christi Corpus, quod in Eucharistia laet, passim proterunt, & conculcant.

44 *Pausanias in Atticis, de pugna ad Delphos*: Vt verò ad manus ventum est, & crebra de cœlo fulmina, & spò te auulsa de Parnasso saxa diuinitus Gallorum aciem perculisse memorat. *Latius Iustinus, dict. Lib. 24*. Præsentiam Dei & ipsi statim sentire: nam & terræmotu portio montis abrupta, Gallorum strauit exercitum; & confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant. Insequuta deinde tempesta est, quæ grandine, & fulgore faucios ex vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolore vulnerum ferre non posset, pugione vitam finit. Alter ex ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem millibus fauciorum citato agmine à Græcia excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit: siqui

dem pauidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore, & periculo dies: assidui imbres, & gelu nix concreta, & fames, & lassitudo, & super hæc maximum per vigiliæ malum, miseras infelicis belli reliquias obtebant. Gentes quoque, nationesque per quas iter habebant, palantes, velut prædam sectabantur. Quo pacto euenit, vt nemo ex tanto exercitu, qui paulò antè fiducia virium etiam Deos contemnebat, velut ad memoriam tantæ cladis superesset. *Neque alio sensu accipienda Sibyllæ comminatio, qua Lib. 7. Oracul. extat*:

Gallia difficiles, quæ montibus accolis Alpes,  
Omnis arenarum cumulis operibere; nec iam  
Fruges, aut segetes paries, herbæque, sed omni  
A populo deserta, gelu, glacieque rigebis  
Aeternum, culpamque lues, quam perdita nescis.  
*Quibus accedit translatio Regni à Clodouzi Nepotibus in Pipinum, ob Ecclesiarum impiam direptionem. Genebrardus in Chronic. Lib. 3. ad Ann. Christ. 750. Causam cur Clodouxi Monarchiam amiserint Historici tribuunt eo-*

rum vitijs, præsertim sacrilegijs in Ecclesias, & vsurpatis electionibus Sacerdotiorum, quibus non modò indignos, sed & laicos intrudebant.

45 *Religionis contemptu commissa sacrilegia, impiarumque sectarum introductionem ipsis auctoribus exitio fuisse, Ethnici quoque, licet à veri Dei cultu alieni, professi sunt: Agellius Libr. 3. Cap. 9*. Eadem sententia est illius quoque veteris prouerbij, Aurum Tolosanum. Nam, cum oppidum Tolosanum, in terra Gallia, Q. Cepio Consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabilique exitu, periit. *Horatius Lib 3. Carmin. Oda 6*.

Dij multa neglecti dederunt

Hesperia mala luctuosæ.  
*Longè melius Christianus Doctor Lactantius Firmian. Libr. 5. Diuinar. Institution. Cap. 8*. Discite igitur ideò mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescere, quia Deus Mundi huius effector, & gubernator derelictus est; quia susceptæ sunt, contra quàm fas est, impiæ Religio-

nes. *Isacius Monachus Sanctissimus Valenti Imperatori, Arriana dementia perfidissimo affecta, contra Gothos proficiscenti, obiecit. Quò proficisceris, ò Imperator, qui auxilio Dei, contra quem bellum geris, prorsus destitutus es? Idcirco ille Barbaros aduersus te concitauit, quoniam tu multorum linguas ad blasphemias aduersus eum loquendas exacuisisti, & pijs eum laudibus celebrantes Ecclesijs exturbasti. Narrant Nicephor. Callixtus Lib. 11. Histor. Eccles. Cap. 50. Theodoretus Libr. 4. Cap. 31. Simon Metaphrastes in Vita Isacij. Traianus itidem Dux exercitus, ab eodem Valente mille conicijs laceratus, quòd à Gothorum gente superatus esset, libera sanè voce pronuntiauit: Non ego, ò Imperator, victus sum, sed tu ipse victoriam perdidisti, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita eius auxilium Barbaris concilias. Histor. Tripartit. Lib. 8. Cap. 13. Theodor. Lib. 4. Cap. 23*.

46 *D. Hieronymus in Caput 17. Isaia, de Hispania: Mōstra Hæreticorum non generauit, & vnum partum Prisciliani, vt abortiuum, & impium, pia mater procul à*

se abdicauit. *Casar Baronius Tom. 7. Annal. ad Ann. Christ. 563. Pag. 486.* Hoc planè laudis sibi vendicat temper Ecclesia Catholica in Hispania, vt non ab erroribus tantum, sed & à suspicionibus esse voluerit suos immunes. Quo factum est, vt hoc ipso nostro sæculo, cum longè, latèque facibus Hæreticorum Orbis inflammaretur, ipsa illæsa perstiterit, accurrentibus summa celeritate Dei ministris, si vel tenuem suspicionis scintillam, vel si non ignem, fumum saltem viderint latentis ignis indicium, ipso præcipuè Chatolico Rege super omnes in opus nauiter incumbente.

47 *Sufficiant pro multis, quæ in testimonium produci possent, teterrima illa Galliarum monstra, Vigilantius, Theudius; & Helladius, qui suis impijs, ac detestandis dogmatis aternam Hispanorum Fidem subuertere conati sunt. Ergo Vigilantium Gal lum fuisse, & sua prauitatis semina inter Nostros spargere, vt indies auergerent, curasse, indicat Flavius Dexter in Chronico. ad Ann. Christi 388. Numer. 11.* Vigilantius Hæreticus Calagurritanus ex Gallia: Hic Barcinonen-

sem vitiat Ecclesiam, vbi Presbyter fuit, & Ecclesias alias Hispaniæ; contra quæ scripsit Sanctus Hieronymus. *Gennadius Libr. de Viris Illustrib. Capit. 35.* Vigilantius Presbyter, natione Gallus, in Hispania Barcinonensis Parochiæ Ecclesiã tenuit; scripsit & ipse zelo quidem religionis aliqua, sed ductus humana laude, & præsumens supra vires suas: homolingua politus, non sensu Scripturarum exercitatus. Exposuit prauo ingenio secundam Danielis visionem, & alia loquutus est frivola, quæ in Catalogo Hæreticorum necessario exponentur. *D. Hieronymus Lib. contra Vigilant. (in quo meridiana luce clarius apparet in Gallijs ortum, vt aduertit Buaris, ad præfatam Dexteris auctoritatem) lamentatur in hæc verba.* Proh nefas! Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius vxores duxerint. *Et post pauca.* Auctores sunt huius dictatiunculæ meæ Sancti Presbyteri Riparius, & Desiderius, qui Parochias suas vicinia istius scribunt esse maculatas, miseruntque li-

bro

bro per fratrem Sisinium, quos inter crapulas stertens euomuit: & asserunt repetitos esse nonnullos, qui fauentes vitijs suis, illius blasphemijs acquiescant. *Præterea Theudius. siue Pelagius, atq; Helladius, & ipsi Galli, præcipuas Hispania partes suo in Beatissima Mariae Virginitatem vomitu conspurcarunt. Attamen Religioso Sancti Ildephonsi Toletani Presulis, acerrimi Sanctæ Virginis Matris propugnatoris, acumine conuicti, & ab Hispania exterminati, patriam reuifere coacti sunt. Rodericus Toletanus Libr. 3. Capit. 22.* Huius tempore cum Helydus, & Pelagius à Gallijs venientes, pleraque partes Hispaniæ infecissent, Virginitatem B. Virginis infamantes, B. Ildephonsus illis occurrens, Sacrarum Scripturarum testimonijs, & lingua meliflua, & gratia in labijs suis diffusâ, eorum dogmata confutauit, & ab Hispanijs confusos abegit. *Luitprandus in Chronico. ad Ann. Christi 699.* Hæreticos Narbona venientes natione Gothos Theudium, & Helladium per Hispanias tereterrimè vagantes, & de Virginitate Beatæ Mariæ Vir-

ginis temerè sentientes, quod more cæterarum mulierum dilatatis claustris virginalibus peperit Christum Dominum, verum Deum, & Hominem, Filium suum, sermonibus, & quatuordecim editis libris Ildephonsus diuersis ab illo Soliloquiorum incipiente: Domina mea, &c. viriliter confutat, & castigatos iussu Regis Recesuindi Catholici, Serenissimique Principis, tota Hispania cogit exulare. *Cuius sententiæ refragari videntur verba Iuliani Petri in Chronico ad Annum Christi 666.* Hæreticos Gallos Theudium, & Helladium loquentes de parturitionis modo Beatæ Virginis Mariæ editis libris confutat. *Luitprandus Gothos facit, quod nobis obstat, Iulianus Gallos, quod suffragatur, sed qua inter Scriptores pax? Facilis porro, si animaduertimus Gallos, & Gothos posse indigetari, qui ex Gallia Gotthica, tamquam patrio solo, profecti sunt. Ioann. Mariana Libr. 6. Cap. 10.* Ex Gallia Gotthica Pelagius quidam, & Helladius profecti, veteris Heluidij insaniæ scintillas in Hispania exsuscitare

H 2

cœ-

cœperant, Mariam Virginem negantes perpetuo virginitatem retinuisse: horum furorem, ne patientia confirmaretur audacia, aut mora cresceret malum, sibi Ildephonsus impugnandum sumpsit cominùs disputando, eminùs libro euulgato, in quo perpetuæ Virginitatis Mariæ patrociniû sumpsit. *Non piget bis addere verba Eruditissimi Francisci Sancij, (Hæc quondam mei!) Libr. 2. de Reb. Hispan. Cap. 16.* Ex Gallia Gotthica profectos Pelagium, & Helladium, B. Mariæ intemeratæ virginitatis nefarios detractores, absentes eruditissimis scriptis, præsentibus grauißima disputatione confutauit, & auctoritate ex vniuersa Proincia eiecit. *Julianus Toletana Ecclesia Diaconus in Vita D. Ildephonsi, quam restituit Surius, Tomoque 1. Die 23. Ianuarij inseruit, videtur innuere S. Doctorem trium Hæreticorum argutationes reuicisse, aut saltem manifestè demonstrat aduersus tres Hæreticos librum diuulgasse.* Scripsit sanè quam plurimos libros, luculentiori sermone potissimos, quos idem in tot partibus censuit diuidendos: id est, librum Profopopœiæ imbecillita-

tis propriæ; librum de Virginitate Beatæ Mariæ contra tres Hæreticos. *Opinor tertium illum Hæreticum, cuius impurissimum sensum pia Ildephonsi scripta confutabant, Heluidium fuisse, nefandi huiusce dogmatis detestabilem Principem. quamvis enim eum Pelagio, & Helladio bellum esset, Librum etiam aduersus antiquum hæresis auctorem inscribere, necessarium erat.*

48 *Prodeat Sanctissimus Prædicatorum Ordinis Patriarcha Dominicus, Hispania lumæ, & Gutbzmani sanguinis antiquus splendor; qui conatus Gallorum Albigenßium, seu Albiensium, Reipublicæ Christianæ pacem, & tranquillitatem turbantium, efficaci sua prædicatione, innumeris miraculis roborata, trucidauit: Bapt. Platina in Vita Innocentijs III.* Oborta tum apud Tolosam hæresis est, quam, Innocentio procurante, Beatus Dominicus, qui postea in Sanctos relatus est, mira celeritate compescuit. *Ex hoc Genebrardus in Chron. Ann. 1207.* Eius temporibus orta hæresis in Tolosæ partibus, quam Diuus Dominicus mira celeritate compescuit. *Paul. Æmilius Libr. 6. de Reb. Gest. Francor. in Philippo II. Augusto.* Ad eos sanandos

missus Diuus Dominicus: neque vitæ, neque orationis sanctitate permoti sunt. *Missus etiam ad reprimendam Hæreticorum impudentiam Didacus Vxamensis Episcopus: Mariana Lib. 12. Cap. 2.* Ergo prioribus annis Didacus Vxamensis Episcopus Romanam pietatis ergò profectus, visa ex itinere Pontifici renuntiaret: quantumque periculum instaret, nisi tempestiuè remedium esset allatum; & cum eo Dominicus totius itineris comes. *Et statim.* Remissus yterque in Galliam ad extinguendum incendium, quod indices magis augebatur. *Post pauca.* Horum industria quantum proficiebatur magno hominum numero ab ea mente retracto, ac Dominici præsertim, cuius in ea functione edita non vno loco miracula extiterunt: tantum ex alia partè Hæreticorum artibus populi multitudo corrumpebatur. *Neque minori fructu Sanctus Antonius Olyssiponensis, quem vulgus Patauinum vocitat, Seraphicæ Familia verè filius, apud Tolosates prædicauit, qui errorum tenebris obcæcati, eius doctrina ad sanitatem restituti: Laurentius Surius Die 13. Iu-*

*nij, Tom. 3. in Vit. S. Anton. Capit. 17.* Hæresiarchas quosdam in publicis disputationibus Arimini, Tolosæ, & Mediolani palàm conuicit. *Supponitur admirandum illud exemplum Hæresiarchæ Bonibilli, qui coram omnibus abiurata perfidia, usque ad mortem Ecclesiæ mandatis deuotus paruit. P. Lucas Vvadingus in Annalibus Minor. Tom. 1. Anno Christi 1225. Num. 14. ex. Cap. 2. Legend. M. S.* Hoc anno magno cum fructu prædicauit in Gallia, præcipuè in partibus Tolosanis, Francisci discipulus Antonius, cui præcipuum semper studium, & conatus erat perpetuus, vt perniciosissimas vulpeculas, quæ demoliuntur vineam Domini Sabaoth, nempe hæreticos pestilentes, & falsas eorum doctrinas pro viribus oppugnaret, &c.

49 *Diodor. Sicul. Libr. 6. Cap. 9. de Gallis loquens:* Parisiæ feritatis impietate in Deorum sacrificijs abusus: noxios enim quinquennio seruatos, sudibus affixos Dijs sacrificant, cumque alijs primitijs super ingentes pyras immolant: captiuus quoque vtuntur, tamquam hostijs ad Deorum victimas. *Cicero pro Fonteio:*



Postremò ips quidquam sanctum, ac religiosum videri potest, qui etiam si quando aliquo metu adducti Deos placandos esse arbitrantur, humanis hostijs eorum aras, ac templa funestant? Ut ne Religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam priùs scelere violarint. *Tertullianus in Apologetic. Capit. 9.* Maior ætas apud Gallos Mercurio profecatur. *Pompon. Mela Libr. 3. Cap. 2.* Gentes superbæ, superstitiosæ, aliquando etiam immanes adco, vt hominem optimam, & gratissimam Dijs victimam crederent. *C. Iulius Solinus Capit. 24. Polybistoris:* Infamantur [Gallia] veneni periculo ritu incolarum, qui, vt aiunt (veri enim periculum non ad mæ recipio) detestabili Sacrorum ritu, non ad honorem, sed potiùs ad iniuriam Religionis humanis litant hostijs.

50 *S. Basilius in Psalm. 32.* Caue dicas, temerè factum est hoc, & sponte hoc contigit: nihil enim inordinatù, nihil non præfinitum, nihil accidit frustra, nihil temerè fertur; nec malum vllum euentum, nec malam dixeris horam: hæ namque inerudi-

torum, & disciplinam Christianorum ignorantium sunt voces.

51 *D. Hieronymus Epist. 3.* Nostri peccatis Barbari fortes sunt; nostris vitijs Romanus superatur exercitus. *Nicolaus Papa Mirinensis Ecclesie Episcopo, in Can. Sciscitaris 47. 7. Quæst. 1. de Barbaris:* Ob multitudinem delictorum nostrorù nocendi facultatem diuinitùs consequuntur. *Rursus Diu. Hieronym. in Caput 1. Malachie Prophet. in Can. Reuertimini 65. 16. Quæst. 1.* Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundam, sciamus hoc ex Dei ira descendere, &c. *Diuus Gregorius Papa scribens Brunichilde Regina Francorum Libr. 7. Epistol. 5. in Can. 47. 23. Quæstion. 4.* Siquos igitur violentos, siquos adulteros, siquos fures, vel alijs prauis artibus studere cognoscitis, Deum de eorum correctione placare festinate: vt per ves flagellum perfidarum gentium, (quod quantum videmus ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat. *Saluanus Libr. 7. de Providentia Dei, agens de Vandalorum in His-*

panias irruptione. Quid enim? Nunquid non erant in orbe terrarum Barbari fortiores, quibus Hispaniæ traderentur? Multi absque dubio, imò, ni fallor, omnes: sed idco infirmisimis hostibus cuncta tradidit, vt ostenderet, scilicet, non vires valere, sed causam; nec nos tunc ignauissimorum hostium fortitudine obrui, sed sola vitiorum nostrorum impuritate superari, vt verè in nos venerit dictum illud, quod ait: Secundum immunditias suas, & secundum iniquitates suas feci illis, & auerti faciem meam ab eis.

52 *Diuus Gregorius Libr. 14. in Iob Capit. 15. in Can. Qui sine peccato? 3. Quæst. 7.* Hinc est, quòd cum tribus Benjamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israël vlcisci iniquitatem voluit, sed tamen semel, & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est, vt iret; qui iuxta Diuinæ vocis Imperium perrexit, & semel, & secundò perdidit; & tunc demùm pec-

caticem tribum funditus extinxit. Quid est, quòd in vltionem sceleris inflammatur, & tamen ipse priùs prosternitur, nisi quòd priùs ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant?

53 *Pulcherrimis deberi Principatam ipsa Natura monet: apum siquidem Regem creat forma, & pulchritudine ceteris insigniorem. Diuus Ambrosius Libr. 5. Exaemer. Capit. 21.* Apibus autem Rex naturæ claris formatur insignibus, vt magnitudine corporis præstet, & specie. *Plinius Lib. 11. Capit. 16.* Omnibus forma semper egregia, & duplò quam ceteris maior. Pennæ breuior, crura recta, ingressus cellior. *Hinc Regibus passim data laus pulchritudinis. Themisthibius Euphrada Orat. de Clement. Theodosij.* Is certè magnus est Rex, cuius est forma, & species integra, omnique ex parte perfecta, & absoluta. *Homerus Libr. 3. Iliad.*

Pulchrum verò sic ego nondum vidi oculis,

Neque sic venerabilem. Regi enim viro similis est.

*Quasi mortalium animis esset insisum Principes debere præstare forma. Euripid. apud Athenæi Lib. 13.*

Prima species digna est Imperio.

*Latinus Pacatus in Panegyric.*

Velut tua hæc forma venerabilis, quàm fortunæ suæ par est! Quàm longè, latèq; conspicua commendat Imperium! Ut planè in ambiguo sit, vtrum te magis nostris mentibus, an obtutibus vultus insinuet. Non frustra planè opinione sapientium, qui naturalium momenta causarum subtilius sciscitanti, arcanis cœlestibus nobiles curas intulerunt, Augustissima quæque species plurimum creditur trahere de cœlo. Siue enim diuinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium, siuè cum venerit, fingit habitaculum pro habitu suo. *Post aliqua.* Dudum, vt video, dedignaris hanc gloriam, sed patere ea in laudum tuarum parte cõstitui, quæ solebant in alijs sola laudari: Virtus tua meruit Imperium, sed virtuti addidit forma suffragium. Illa præstitit, vt oporteret te

Principem esse, hæc, vt deceret. *In Poetis, & Oratoribus, hæc laus obvia, quin & in Sacra Pagina multi Reges, aut alij insignes viri à forma commendantur: Genes. Cap. 39. Vers. 6.* Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu.

*De Moyse Exod. Cap. 2. Vers. 2.* Egressus est post hæc vir de domo Leui, & accepit uxorem stirpis suæ, quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit, & c. *Lib. 1. Reg. Cap. 16. Vers. 12. De Davide:* Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. *Et Lib. 3. Cap. 1. Vers. 6. de Adonia:* Erat autem & ipse pulcher valde. *Lib. 1. Capit. 16. Vers. 18.* Et respondens vnus de pueris, ait: Ecce vidi filium Ifai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimi robore, & virum bellicosum, & prudẽtem in verbis, & virum pulchrum.

54 *Quamobrem eleganter scripsit Curtius Lib. 6.* Plurimis gentibus in corporis maiestate venerationem esse, magnorumque operum nõ alios capaces existimari, quàm quos eximia specie donare natura dignata est. *Induxit hoc prisca illa ætas, qua Ciuitates condi cœperunt. Lu-*

*cretius Lib. 5. de Rer. Nat.* Condere cœperunt tum vrbes, arcemq; locare Præsidium Reges ipsi sibi, perfugiumque; Et pecudes, & agros diuisere, atque dedere Pro facie cuiusque, & viribus, ingenijque; Nam facies multum valuit. —

*Inter Æthiopes mos iste viguit. Aristotel. Lib. 4. Politicor. Cap. 4.* Etenim si Magistratus, honoresque publici secundum magnitudinem distribuuntur, vt in Æthiopia quidam tradunt fieri, vel secundum pulchritudinem, paucorum esset gubernatio, cum parua sit multitudo magnorum, & formosorum. *Strab. Lib. 17.* Regem constituunt eum, qui vel forma, vel alendorum pecorum virtute, vel robore, vel opibus excellat. *Illustre extat apud Tacitum exemplum, Lib. 2. Annal.* Tum C. Cæsar componendæ Armeniæ deligitur. Is Ariobarzanem origine Medum, ob insignem corporis formam, & præclarum animum, volentibus Armenijs præfecit.

55 *Regia sanè Virtus Veritatis studium est: Cum enim Principes animata Dei Imagines sint, nulla re magis ad diui-*

*nitatem accedere videntur, quàm si mendacium, vitium prorsus aspernabile, detestentur animo. Pulchrè Pythagoras dicebat, in Aeliano Lib. 12. Variæ Hist. Cap. 59.* Hæc duo diuinitus hominibus data esse longè pulcherrima: veritatem amplecti, & alijs benefacere: & addebat, vtrumque cum Deorum immortalium operibus comparari posse. *Stobæus de eodem, Sermon. 11.* Interrogatus, quid Deo simile facerent homines? Cum veritatem exercent, respondit: *Orta hinc excellens illa Persarum Regum primigenij institutio, quem annum quartumdecimum agentem quatuor bi, quos Regios Pedagogos appellabant, ex vniuersa Persia electi suscipiebant, quorum secundus, ait Plato in Alcib. 1.* admonet, vt in omni vita sit verax. *Mamertinus Consul in Panegyric. ad Iulianum Imperatorem.* Seruile vitium est mendacium; cumque mendaces homines, aut inopia, aut timor faciat, Imperator qui mentitur, fortunæ suæ magnitudinem ignorat. *Grauisimè Pacatus laudat Theodosium, vt veracem, & qui verba dare nesciret, & ab omni ventosa, mendacique vanitate alienus esset. Velim tu dicas, vn-*

de cū tantis promissa per soluas, quid cui promiseris, scias? Nec te vel Reipublicæ cura, vel ipsa illa tuorum beneficiorum turba confundat, vt parcior, tardiorve, tempore quem, modove decipias. Quis debitor verecundus ita mutuum ad diem reddit, ut tu, quod promittis, appendis? *Et duabus lineis interpositis.*

Vnum inuenire non possumus, cuius spem, atque expectationem, non dicam fefelleris, sed (quæ delicatior querela est) distuleris. *Audio tamen Platonem mendacium, & fraudes Regibus, & Reipublicas moderantibus persuadentem Dialog. 5. de Repub.* Crebro mendacio, & fraude vti Imperantes debent ad commodum subditorum. *Diphilum quoque Comicum Græcum huius sententia habemus assertorem:*

Ego existimo mendacium salutis gratia Prolatum, nihil adferre mali.

*Sed hæc ad subditorum utilitatem spectant, vt cū hostem fallimus; quod tam longè abest à crimine, vt præclarum potius existimetur: Lucianus in Phil.* Multa sunt, quæ nonnullos mortales men-

tiri compellunt; quia in rem vident conducere. Qui etiã cū vsus postulat metiuntur, non tantum venia, sed & laude digni sunt: vt qui hostes fefellerunt, vel ad salutem tali quopiam pharmaco vsi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Vlyses etiam fecit, vt & vitam suam, & sociorum reditum redimeret.

*56 Hæstæx Claudian. Lib. 1. de Laud. Stilicon.*

Laudibus innumeris etenim mortalibus ex quo Tellus cœpta coli, nunquã sincera bonorum Sors vili concessa viro: quæ vultus honestat, Dede corant mores: animus quem pulchrior ornat, Corpus destituit: bellis insignior ille, Sed pacem fœdat vitij: in publica felix, Sed priuata minùs: partitum singula quemque Nobilitant; hunc forma decens, hunc robur in armis, Hunc rigor, hunc pietas, illum sollertia iuris, Hunc soboles, castique thori: sparguntur in omnes, In te mixta fluunt, & quæ diuisa beatos

Efficiunt, collecta tenes.

*57 Plato Dialog. 1. de Legib.* Assero equidem eos, qui præstantes viri in aliquo euasuri sunt, ab ineunte statim pueritia oportere, id ipsum tam ludendo, quam studendo in singulis ad id conuenientibus meditari. *Plutarchus in Alexandro.* Non semper clarissimis factis virtutis, aut vitij insunt iudicia; quinimò sæpè exigua quædam res, dictumve, aut iocus plus de ingenio alicuius documentum præbet, quam immensa hostium strages edita, maximæ pugna, vrbiumque oppugnationes. *Seneca Epistola 52.* Argumentum morum ex minimis quoque licet capere.

*58 Imò Venatio pars Artis Militaris est. Aristotel. Lib. 1. Politicor. Cap. 8.* Quapropter & bellicam secundum naturam quodammodo acquisitiua erit: nam & venatoria pars illius est. *Aristides Oration. in Mineruam ait, etiam si Venatio ad Phœbum, & Dianam referatur, tamen præcipue ad Mineruam pertinere: Quia venatio pars est militaris doctrinae Exinde Numanus laudans Ita orũ virtutem bellicam ab omni ætate gradam, vertit in glo-*

*riã eorũ, quod pueri venentur, equitent, tendant spicula: Virg. Lib. 9. Æneid. Vers. 605.*

Venatu inuigilant pueri, syluasque fatigant:

Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

*Igitur nulla exercitatio ad futuram militiam aptior. Franciscus Patricius Lib. 7. de Institut. Reipub. Tit. 5.* Venatio robustiores iuuenes reddit, desidiam, ignauiamque vmbatilem tollit, & populum promptiorem, alacriorẽque ad rem bellicam præstat. *Ita plerique iuuenes venandi studiosi in magnos Duces euasunt Sallust. de Iugurtha:* Pleraque temporum in venando agere, leonem, atque alias feras primus, aut in primis ferire. *Prædicat de Hippomedonte quid simile Euripides in Supplicibus.*

Puer cū esset, audere cœpit, nõ enim ad voluptates Conuersus est Musarum, & mollem vitam, Agros coluit, vitam exercuit duram, Gaudere virilibus, ire ad venationes.

*Sidon. de Auito in Panegyri.*

Iam si fortè suam latratibus improbus Vmber Terruit, albentes nigro sub gutture lunas

Frangere ludus erat, colluctantique lacerto  
Vasta per aduersas venabula  
cogere prædas.

*Luculentius Xenophon de altero Cyro, Lib. 1. de eius Expedition.* In adolescentiæ flore venandi maximo desiderio tenebatur, & in pugnâdo aduersus belluas pericula nulla defugiebat.

59 *Lib. 2. Reg. Cap. 1. Vers. 23.* Saul, & Ionathas amabiles, & decori valdè in vita sua, in morte quoq; nō sunt diuisi; aquilis velociores, leonibus fortiores. *Mira de Ulyssis celeritate scripsit Homer. Lib. 23. Iliad.*

— Sic Ulysses currebat propè, atque à tergo  
Vestigia premebat pedibus  
antequam puluis circum  
funderetur.

*Virgil. Lib. 5. Æneid. de Niso:*

Primus abit, longèque ante  
omnia corpora Nisus  
Emicat, & ventis, & fulminis  
ocyor alis.

*Alia, quibus hæc Nota posset illustrari, obuiant in Poeta de Sallio, Euryalo, Helymo, atque Diore in certamine cursus pro premio anhelantibus. De Pompeio Sallustius: Cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis veste certabat.*

*Ex hoc apparet Duces cursum exercuisse, ut qui bellantibus necessarius sit. Milites etiam ad hoc opus assuefacti. Tertullian. ad Martyr. Cap. 3: In pace, labore, & incommodis bellum pati iam ediscunt, in armis deambulando, campum decurrendo. Senec. Epist. 18. Miles in media pace sine vlllo hoste decurrit. Fru Elum pandit Vegetius Libr. 1. Cap. 9. Ad cursum præcipuè assuefaciendi sunt milites, ut maiore impetu in hostem procurrant; ut loca opportuna celeriter occupent; ut ad explorandum alacriter pergant; ut fugientium terga facilius comprehendant.*

60 *Neque alia planè Ludi Gladiatorij, aut Venationis ludicra origo fuit. Iulius Capitolin. in Maxim. & Balbin. His gestis, celebratisque sacris, datis ludis Scenicis, ludisque Circensibus, Gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximū missus est cū exercitu ingenti, Prætorianis Romæ manentibus. Vnde autē mos tractus sit, ut proficiscentes ad bellum Imperatores, munus Gladiatorium, & Venatus darent,*

bre-

breuiter dicendum est. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium sanguine litato specie pugarum, se Nemesis, id est, vis quædam fortunæ fatiaret. Alij hoc literis tradunt, quod verissimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrū, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera, & sanguinem perhorrescerent. *Non dissonat Isidorus Hispalensis Libr. 18. Origin. Cap. 3. 2. Amphitheatrum locus est spectaculi, vbi pugnant Gladiatores. Et inde ludus Gladiatorius dictus: quod in eo iuuenes vsum armorum diuerso motu condiscant, & modò inter se gladijs, aut pugnis certantes, modò contra bestias incedentes, vbi non odio, sed præmio illecti subeunt ferale certamen. Rem totam declarant Constantini A. verba in L. vnic. C. de Gladiatoribus, Lib. 11. Cæuenta spectacula in otio ciuili, & domestica quiete non placent; quapropter omninò Gladiatores esse prohibemus. Quasi diceret, ætate belli solùm, huiusmodi spe-*

*Etacula placere: qua cum inde initium traherent, Marti à Romanis consecrata sunt: Tertullian. Lib. de Spectaculis, Capit. 10. Ut & de artibus concludam, Martem, & Dianam vtriusque ludi præfides nominamus.*

61 *I. Iouianus Pontanus Lib. de Principe. Pater tuus, [alloquitur Alphonsum Calabria Ducem] istud ætatis equis operam dabat. Cyrus apud Astyagem auum, puer equum agere, & conclusas horto feras iaculo ferire doctus, postquam adoleuit, aut aprum, aut leonem in syluis petebat. Inuenio Troiæ Ludicrum à nobilissimis pueris repetitum. De Augusto Suetonius, Cap. 43. Sed & Troiæ ludum edidit frequentissimè, magnorum, minorumve puerorum delectu, præsci, decorique moris existimās, claræ stirpis indolem sic notescere: In hoc ludicrum C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum, aureo torque donauit: passusque est ipsum, posterosque Torquati ferre cognomen. De Agrippa Dio Lib. 48. Troiam vocatum ludum per nobiles pueros magnificè exercebat. De Britannico, & Domitio Tacitus Lib. 6. Annales. Sedente*

Clau-

Claudio Circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, inter que eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in Imperium, & cognomentum Neronis ascitus; fauor plebis acrior in Domitium, loco prælagij acceptus est. *Erat ludus iste prælij imago: Virgil. Lib. 5. Æneid.*

Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus  
Aduersis spatijs, alternosque orbibus orbis  
Impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis.

*Hinc magna cura equorum nota egregia alendorum apud Principes. Idem Poeta Libr. 6. referens Heroes iisdem studijs in Elysijs deistos, quibus in vita te nebantur.*

— Quæ gratia currum, armorumque fuit viuis, quæ cura nitentes  
Pascere equos, eadem sequitur tellure repositos.

*Reg. Lib. 3. Cap. 10. Vers. 28.* Educabantur equi Salomoni de Aegypto, & de Coa; negotiatores enim Regis emebant, atque in hunc modum cuncti Reges Hebræorum, & Syriæ equas vendebant. *Diogenes Laertius Libr. 8. Cap. 2. de auo Empedo-*

*clis: Heraclides itidem de Infulis, clara ex familia fuisse auum, equosque nutritis tradit. Infert familia claritudinem ex cura equorum.*

62 *Vulgares sunt Maronis versus, sed, quia ad rem præcipi, non omittendi: à vists equis omeus sumitur belli futuri Libr. 3. Æneid.*

Quatuor hic, primum omē, equos in gramine vidi  
Tondentes campum latè cā dore niuali:

Et pater Anchises: bellum ò terra hospita portas,  
Bello armantur equi, bellum hæc armenta manantur.

*Conducit Lucret. Lib. 2.*

— Et equorum duellica proles.

*Statius Lib. 7. Thebaid.*

— Pecus vtile bellis Vallem infestabat. —

*Huc trahi potest attributū, quo utitur Tacitus Libr. de Moribus Germanor. Illum bellatorem equum, illam cruentam, victricemque frameā. Ignorat nemo equum Marti mahari solitum, quod esset animal bellicis certaminibus aptum: Plutarchus in Problem. at. Capit. 97. Cur Idibus Decembris in cursu equorum victor dexter facer Marti immolatur? Et ponit inter alias*

*causas: An quod iracundū, ferrox, & bellicosum animal est equus?*

63 *Nazarius in Panegyric. ad Constantinum, de eius filijs loquens. Rapitur ad imitationem suorum excellens queque natura. Cœinnà Virg. Lib. 3. Æn. Vbi Andromache inter plura, qua de Ascanio rogat:*

Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles,

Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

*Scipio in Liniu Libr. 6. Decad.*

3. Breui faciam, vt quemadmodum nūc noscitis in me patris, patruique similitudinem oris, vultusque, & lineamenta corporis; ita ingenij, fidei, virtutisque exemplum, expressam ad effigiem vobis reddam.

64 *Philo senex apud Plautum in Trinummio, Act. 2. Scena 2.*

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

*Ad hanc sententiam respexisse Senecam Epistol. 74. iudico.*

Quemadmodum ex duobus sapientibus, qui senior decessit, non est beator eo, cuius intra pauciores annos terminata virtus est. *Eadem Diu. Chrysostomi mens, in Psalm. 50. Non in diffe-*

rentia ætatis virtus, ac malitia cognoscitur, sed in differentia mētis. Quod si fueris sobrius, nihil tibi immatura nocet ætas; & si fueris negligens, senectus tibi nil prodesse potest.

65 *D. Ambrosius in Psal. 118. Offon. 19. Præcurrit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam cōtinentia regit, feruoremque virentis corporis incana morum maturitate componit.*

*D. Bernard. Epist. 42. Nec dicimus quamcunq; ætatem Dei gratiæ præmaturā, sicut nec serā; cum multos videamus iuniorum super senes intelligere, moribus antiqua re dies, præuenire tēpora meritis, & quod ætati deest, cōpensare virtutibus: Cassiodor. Lib. 9. Epistol. 22. Multi iuuenes morum grauitate maturi sunt: Hos multoties Sacra Scriptura Senes nominat: Origen. Homil. 4. in Genes. Vnde videtur nomen hoc, [Senectus] Sanctis, nō lōgæuitatis ratione, sed maturitatis adscribi. Philo Lib. de Abraham, in fin. Amator autem prudentiæ, sapientiæque iustæ Senior, siue primus vocari potest.*

66 *Ovidius Lib. 1. de Art. amand.*

Cæsaribus virtus contigit ante diem.

*De Cæsare Cicero Philippic. 4.* Cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius, sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis. *De Pompeio Plutarchus:* In vigore, & flore iuuentutis fenilis elucebat, & Regia maiestas. *De Germanico Ovidius Libr. 2. de Pont. Eleg. 2.*

Præterit ipse suos animo Germanicus annos.

*Cicero de Augusto Philip. 14.* Quandoquidē virtute superavit ætatē. *De Troilo Sophocles apud Scholiastem Pindari in Pythicis Oda 14.*

Perdidi herum, qui vir, & puer:

Puer quidem ætate, vir autem prudentia.

67 *Non obsunt Marti Musæ: qua in re Excellentium virorum exempla, inter armorum strepitum Litterarum amœnitates amplexantium, sibi Principes proponere debent: De Epaminonda Iustinus Libr. 6.* Iam Litterarum studium, iā Philosophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vn de tam insignis militiæ sciē-

tia homini inter Litteras nato. *De Philippo Macedone Agellius Lib. 9. Cap. 3.* Is Philippus, cum omni ferè tempore negotijs belli, victorijque affectus, exercitusque esset, à Liberali tamen Musa, & à Studijs Humanitatis nunquam abfuit. *De Philopœmene, etsi in militiam studio, & indole propendente, Plutarchus.* Philosophorum præcepta, ac monita legebat, sed non omnium; eorum dumtaxat, è quibus progressum se ad Virtutem sperabat facturum. *De Scipione Velleius Lib. 1.* Ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, vir auitis P. Africani, paternisque L. Pauli virtutibus simillimus, omnibus Belli, ac Togæ dotibus, ingenijque, ac Studiorum eminentissimus sæculi sui. *De Augusto Suetonius in eius Vit. Capit. 84.* Eloquentiam, Studiaq; Liberalia ab ætate prima cupidè, & laboriosissimè exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum, & legisse, & scripsisse, & declamasse quotidie traditur. *Lucanus quoq; meminuit:*

— Media inter prælia  
semper  
Stellarum, cœlique plagis,  
superisque vacabat.

*Audi*

*Audi, Princeps Serenissime, descriptionem Aula Cæsarea Abami Tui Caroli V. semper Augusti, apud Ioan. Voerthustium in Phœnice, suæ Consecratione Augusta:* Nunc quotquot sunt Aulae Proceres ad vnā eruditæ laudis pulchritudinē se cōpararunt. Alij eas Artes, quæ ad res, & vsus Politicos proficiunt, priusquam ad Rempublicam accederent, perdidicerunt: alij alias, quæ in medijs cœtibus regnāt, quæ hominum mentibus dominantur, & in intimos populorū sensus pervadunt, secum in Regiam, & Augustum Diui Patris tui Senatū attulerunt: alij ijs delectati sūt, quæ cognationem maximam cū Litteris haberent, signis, scilicet, statuis, & eruditæ antiquitatis operibus. Quorundam rursus Ars, ac Disciplina tanta est, vt vniuersa, quæ ad naturæ perfectionem requiruntur, cōtineat, ac cōplectatur. Omnes verò Diui Patris tui ad exemplū, cœli circumvolutiones, ac siderum, & arcanū naturæ caput, religiose, reuerenterq; dum per ætatem licebat, attigerunt.

68 *Longum esset afferre laudes, quas monumenta veterum Scriptorum Principibus imper-*

*tiit, qui molestissimis bellorum curis distracti Humanioribus Studijs debitos persolvere honores nō recusarūt: libet ex multis ea tantū proponere, quæ alijs hæcenus illibata. Eumenius in Oratione de Scholis Instaurandis ad V. P. Præsidentem Gallia:* Sedenim, Vir Perfectissime, inter omnia, quæ virtute Principum, ac felicitate recreantur, sint licet fortasse alia magnitudine, atque vtilitate potiora, nihil est tamen admirabilius hac liberalitate, quæ fouendis, honorandisque Litterarum Studijs imperant. Quippe, vt initio dixi, nulli vnquam antehac Principes pari cura belli munia, & huiusmodi pacis ornamenta coluerunt: diuersissimus enim ad vtramq; sectā deflexus est, dispar natura mentium, & discrepans in electione iudicium: ipsorū denique vtriusq; Artibus præsidium Numinū dissoni monitus, habitusq; dissimiles. Quò magis horum noua, & incredibilis est virtus, & humanitas, qui inter tāta opera bellorum, ad hæc quoque Litterarū exercitia respiciunt. *Velleius D. Lib. 1.* Quippe Scipio tā elegans Liberaliū Studiorum, omnique Doctrinæ, & fautor, & admirator

K

Fuit

fuit, vt Polybium, Panatiū- que, præcellentes ingenio viros; domi, militiæque secum habuerit: neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio dispunxit; semperq; aut belli, aut pacis seruijt Artibus: semper inter arma, ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum Disciplinis exercuit. *Ausonius in Gratiar. Actione ad Gratianum A. pro Cōsulatu.* Tu, Auguste Venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorū, quibus Dannubij ora præexitur, Comitia Cōsulatus mei armatus exeres. *Magnum Regibus ornamentum, si Sapientissimū quemque publicis Honoribus augeant, Doctissimorumque commercio delectentur. Matthias Aggrittius in Epist. Principem decere vigilantem esse.* Nulla certè elegantior, nulla præstātor laus viris Principibus obtingere potest, quā in Rei publicæ pulcherrimis muneribus prudentium, minimèque ineruditorum hominū dulci cōiuctu frui. *Iouian. Pontanus Lib. de Principe:* Prima igitur spes, quā polliceri de te populis debes (quod quidem facis) illa sit, vt delectari te præstātorū homi-

num consuetudine intelligant, quod cernentes sperabūt futurum te cum, in quo sint reposita virtutibus præmia, quā tui expectationem magis, magisque indies, & cōcitabis, & augebis, si quò maiorem quis virtutis opinionem præbuerit, hoc illū in honore maiore haberi abs te cognouerint. *Admittat Princeps Litteratos ad Cōsilia, & Toga, & Sogi. Quam rarum quod de Seuero affirmat Lamprius.* Fuit illi consuetudo, vt si de Iure, aut de negotijs tractaret solos doctos, & disertos adhiberet; si verò de Re Militari, milites veteres, & senes benemeritos, & locorum peritos, ac bellorum, & castrorum; & omnes Litteratos, & maximè eos, qui Historiam norant: requirens, quid in talibus causis, quales in disceptatione versabantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium fecissent: *Multum tribuit iste nostro generi, nec minus Adrianus, Qui Cū iudicaret, teste Spartiano, in Consilio habuit non amicos suos, aut comites solū, sed Iuris-Consultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluium Iulianum, Neratium Priscum, aliosq;*

*Artes tandem viles Bellorum Consultationibus, imò necessaria: intelligo qui loquar: Casiodorus Libr. 8. Epistol. 12.* Perfectionem necessariarū rerum completam esse iudicamus, si quemadmodum eligendo virum magnificum Patritium Armatae Reipublicæ parti prouidimus; ita & de sociando ei Litterarum peritissimo cōsulamus. Decet enim tractatores habere doctissimos, quibus potestas summa committitur.

69 *Quantum Prudentia afferat Principibus Geographia, Chorographia, & Topographia, quantum experimenti ad res ciuiles, ad bellorum gerendorū opportunitates, ad commercia in eū de, classeque mittendas, ducendos, & deducendos exercitus, externas Prouincias aduendas, & subiugandas, suasque tuendas nemo, vel mediocriter in Doctrinis Politicis versatus ignorabit. A Moysē quidem Populi dilecti Principe, atque Ductore vera Geographia fundamenta iacta demonstrauit Anton. Possuin. Lib. 2. Bibliothec. Selecta Cap. 5. Cūque Salomon a Deo enixè postularet Lib. 3. Reg. Cap. 3. Ver. 9. earum solummodo Artium peritiam, quæ ad bene moderandam Rempublicam perti-*

*nent, vt tenent Abulens. in 3. Reg. Cap. 3. Quast. 10. Perer. Lib. 5. in Genes. Quast. 4. (quorum opinio roboratur auctoritate Angelici Doctoris Libr. 3. de Regim. Princ. Cap. 11.) Geographiam quoque diuinitus illi concessam, tamquam publicæ Gubernationi necessariam, conuincitur ex Cap. 7. Sapient. Vers. 17.* Ipse dedit mihi horum, quæ sunt, Scientiam veram, vt sciam dispositionem Orbis terrarum. *Diffusè hoc studium commendauit Romano F. Constantinus Porphyrogenitus Imperator, in Proem. Lib. de Administrand. Imper. Ecce, expono tibi doctrinam, vt eius vñ, & cognitione peritus, circa ea quæ consulto optima, & publicè vtilia sunt, ne erres. Primum, quæ gens in qua re adiuuare Romanos possit, aut lædere: itè qualis, ac quomodo vnaquæque, & à quibus possit bello infectari, atque subiugari. Deinde de insatiabili ipsarum auaritia, & quæ præter rationem accipere postulent. Postea etiam de aliarū gentium differētia, origine, vita, situ, constitutione terræ ipsi habitatae, circumductione, seditionis motu, & quæ quoque tempore inter Romanos, diuersasque gen-*

tes acciderint, &c.

70 *D. Cyrillus Alexandrinus in Princ. Libr. aduersus Iulianū, ad Augustissimum Imperatorem Theodosium II.* Igitur, ò Theodosi, Rex Christianissime, dùm vobis alij exhibent victorias, coronas, gratulatoriasque voces, & alia, quibus Regis potentia iure honoratur, nostri, qui diuino fungimur Sacerdotio, munèris fuerit, offerre Libros ad diuinam potissimum gloriam compositos.

71 *Politionum Musarum Professionem Theoretica Iurisperdentia parti conuenire, multis iam probauimus in Proœmio Commentarij Nostri ad Proloquium Iuris Hispania Septem-Partiti. Tamè quæ ibi diximus ex eo possunt amplius illustrari, quòd Antiquitatis Studiū in Libris Iuris commendatum reperimus, utpote Professoribus necessarium: Iustinian. in §. 1. Instit. de Testam. Ordinād. Sed vt nihil Antiquitatis ignoretur. Pompon. in L. 2. D. de Orig. Iur. Necessarium itaque nobis videtur imprimis ipsius Iuris Originem, atque processum demonstrare. Similiter in L. Vnic. §. Et cum triplisi. C. de Caduc. tollend. Atqui multi sunt, qui*

*sus reijciunt, quasi nihil ad Iurisperdentiā conducat Rerū Antiquarum notitia. Audiant ij Imperatorem in L. Scimus 22. §. Sed quia vel vana, C. de Iure deliberand. ibi: Ne quis nos putauerit Antiquitatis esse penitus contemptores. Quasi hæc nota esset aliena omninò ab eo qui Iura scribit, aut profitetur. Archadius, & Honorius AA. in L. Testamenta 18. C. de Testament. Mos namque retinendus est fidelissima Vetustatis. Et passim Maiorum opiniones sectantur tam Iure-Consulti, quàm Principes. Caius in L. Illa institutio 32. D. de Hæredibus instituend. Satis constanter Veteres decreuerunt. Imp. Diocletianus, & Maximianus in L. Quoties 3. C. de Donationib. quæ sub modo: Veteris Iuris, auctoritate rescriptum est, &c. Concordat Alexand. Imp. in L. Libera 2. C. de Inutilib. Stipulation. Scripsimus hæc aduersus eos, qui In Litterarum delicias petulantissimè debacchantur, vt cum Budaoloquar in Not. ad L. 1. D. de Contrahend. Emption. Quibus etiam do Agellij locum, qui Lib. 6. Noct. Attic. Cap. 5. Alphænum I. C. ab hoc Studio laudat. Alphænus Iure-Consultus Seruij Sulpitij discipulus, rerumque Antiquarum non in*

*curiosus. Nec verecūdia impediatur, quò minus adducam Gregorium Lopez, qui in L. 4. Tit. 14. Part. 7. Gloss. 1. Albericum appellat Fidelem Observatorem Antiquitatis. Hæc de Scientia Ciuili: Sed nec Sacrorum Canonum lictioni mancipati Humanarū Litterarum flores dedignentur; existimantes eiusmodi negotium nihil proficere, indinumque esse, quod Sacris Tractationibus commisceatur. Hos liberat ab omni metu Venerabilis Beda in Canon. 8. 37. Distinction. Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis Sæcularibus Litteris omninò æstimat prohibendos, in quibus si qua inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyse, nec Daniel Sapientia, vel Litteris Aegyptiorum paterentur crudiri, quorum tamen superstitiones, simul, & delicias horrebant. Nec ipse Magister Gentium aliquot versus Poëtarum suis, vel scriptis indidisset, vel dictis. Origenes Homilia 31. in Lucam. Quomodo autem Diabolus per occasionem temporum de Scripturis loquitur, sic è contrario Paulus pro vtilitate eorum, qui audiunt, non solum de Scriptu-*

*ris, sed etiam de Sæcularibus Libris assumit testimonium. D. Hieronymus Epistol. 84. Quod autem quæris in calce Epistolæ tuæ (rescribis Magno Oratori Romano) cur in Opusculis nostris Sæcularium Litterarum interdum ponamus exempla, & cando rem Ecclesiæ Ethnicorū sordibus polluamus: respõsum breuiter habeto. Nunquam hoc quæres, nisi te totum Tullius possideret, si Scripturas Sanctas legeres, si Interpretes earum, omisso Volcacio, euolucres. Quis enim nesciat, & in Moyse, & in Prophetarum Voluminibus quædam assumpta de Gentilium Libris, & Salomonem Philosophis Tyri, & nonnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Post quæ Sanctus Doctor, ubi plerisque commemorauit Scriptores grauissimos, qui ante illum ad illustranda diuina arcana Profanis Litteris vsi sunt, vt Origenes, Clemens Alexandrinus, Hyppolitus, Eusebij Emiffenus, & Casariensis, atque alij innumeri, quorum Opera selectissimis Eruditionis floribus referta sunt, subiungit. Qui omnes in tantum Philosophorum Doctrinis, atque*



sententijs suos refertiunt Libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, Eruditionem Sæculi, an Scientiam Scripturarum. *Pari filo Diu. Augustin. Lib. 2. de Doctrin. Christian. paulò ante finem.* Nam quid aliud fecerunt multi boni Fideles nostri? Nonne aspiciamus quanto auro, & argento, & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus Doctor suauissimus, & Martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? Vt de viuis taceam: Quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyfes fecerat, de quo scriptum est, Quod eruditus fuerit omni Sapientia Agyptiorum. *Veniamus ad Præxos immensum Mare: an patietur quandoque seueritati Forensi aliquid comitatis ex Humanis Litteris petitum admisceri? Respondeat Naso Lib. 1. de Art. amand.*

Disce Bonas Artes moneo,  
Romana iuuentus,  
Non tantùm trepidos vt  
tueare reos.

*Aptè Ioannes Parladorius Lib. 1. Rer. Quotidianar. Capit. 21. Num. 1.* Neque enim totam

operam in componendis libellis, inque iudiciorum obseruationibus perscrutandis ponere debemus: sed sunt, mihi crede, nonnunquam altius spiritus attollendi, & cuiusque rei, vel difficillimæ inuestiganda ratio.

72 Munus enim est, scribente Seneca Lib. 3. de Benefic. Cap. 19. quod quisque dedit, cum illi liceret, & nõ dare. *Et vt scripsit Papinian. in L. Vnum ex familia 69. §. Si de Falcidia. D. de Legat. 2.* Non enim facultas necessaria electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid enim est, quòd de suo videatur reliquisse, qui quod reliquit, omnino reddere debuit?

73 Sallustius in Oration. ad Casarem; Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod nõ cogitanti tibi in promptu sit. *Flau. Vegetius in Prolog. ad Libros de Re Militari, ad Valèntianum:* De delectu igitur, atque exercitatione tyronũ, per quosdam gradus, & titulos antiquam consuetudinẽ conamur ostendere: Non quod tibi, Imperator Inuicte, ista videantur incognita.

74 Horatius Lib. 1. Epist. 16. Ad Sauam:

Prin-

Principibus placuisse viris non vltima laus est. *Eumenius in Oration. de Schol. Instaurand. in fine:* Siquidem maximus, ac pænè

solus fructus est recta cupientium, vt voluntas eorum ad diuinam tantorum Principum scientiam perferatur.



NO-

NOTICIAS  
**HISTORICAS.**  
I TOPOGRAPHICAS  
*D E*  
LA INSIGNE CIUDAD  
DE LERIDA.

NOTICIA I.  
 FVNDACION DE LERIDA,  
 QUE ATTRIBVIE EL GERVNDENSE  
 A LOS ILLYRICOS,  
 EXCLVIDA.



ONTIENE el Principado de Cathaluña once Ciudades, dos mill trecientas i setenta i cinco poblaciones menores, vna Silla Archiepiscopal, ocho Episcopales, treinta mill Templos, vn Tribunal de la Inquisicion Santa, siete Vniuersidades, donde publicamente se enseñan todas Sciencias, i trece Fortaleças: <sup>1</sup> lo qual se puebla de seiscientas mill personas. <sup>2</sup> Entre las Ciudades de mas nombre, es vna LERIDA, de cuya Fundacion, i Origen alcançamos noticias tan obscuras, que ni la leccion de Escritores antiguos, ò modernos, que tocan en cosas de Nuestra España, parece suficiente para aclararlas: principalmente quando destes mismos, vnos passaron en silencio la question; i otros que entraron en ella, o quedã indecisos, o se resuel-

<sup>1</sup> Balthasar Porreño  
 Libr. de  
 Di&. &  
 Fa&. Philippi  
 11. Amicus  
 noster P. Hugo  
 Sempilius Lib. 8.  
 de Mathe  
 mat. Disci  
 plin. Cap.  
 2. Fol. 143.

<sup>2</sup> Ioan de  
 Laet, in  
 Descript.  
 Hispaniæ,  
 Cap. 1 in  
 Cathalau  
 niã, Pag.  
 3.

3 Libr. 2.  
Parallpo-  
men. Hif-  
pan.

4 Ex Cl.  
Ptolemæo  
Lib. 2 Geo-  
graph. Ca-  
pit. 17. Pli-  
nio Lib. 3.  
Nat. Hist.  
Capit. 21.  
Pomp. Me-  
la Lib. 2. de  
Sit. Orb.  
Capit. 3.  
Luc. Floro  
Lib. 2. Rer.  
Romanar.  
Cap. 5.

uen à asseueraciones poco fundadas. De los vltimos juzgo que es Iuan Obispo de Girona, <sup>3</sup> que mouido, segun se collige, del nombre ILERDA tan solamente, dice, haberla dado principio los habitantes de la Region, que con propiedad se llama *Illyris*, que estendiendose por la parte diestra del Mar Adriatico, se termina con la Istria, Myfia Superior, i con la porcion de Macedonia, que cae junto del dicho Mar. <sup>4</sup> *Urbem*, escriue, *itidem construxerunt Illyrici, qui Achai sunt, & apud nos hodierno idiomate Sclauones dicuntur, que apud amnem Sicorim sita, instar eorum propriae regionis, agrum valde fertilem sortita est. Hanc à propriae gentis cognomine nominauerunt Ilerdam. Illyrici enim Dalmatia contigui sunt, secundum Claudium Ptolemaum, & oram Adriatici sinus obtinent, qui hodie Sclauones appellantur. Licet enim vniuersa Gracia, maximè que ea, que ad Pontum, & Propontidem spectat Illyris appellatur, Illyrici tamen specialius appellantur ij, qui oram Adriatici sinus inhabitant, secundum Claudium Ptolemaum.* Antes de venir a lo que es immediato à

nuéf-

nuestro assumpto, es digno de reparo vn graue error, con que empieça su opinion el Gerundense, del qual puede inferirse, quan remoto estuuo de la verdad en lo principal. Suppone, que los Illyricos son los propios que los Acheos, proposicion que en recta Geographia no es possible verificarse, pues consta, ser Achaia Region, cuios fines son por la parte Septentrional Thessalia junto al rio Sperchio, seno Maliaco, i monte Oeto; por el Occaso el Rio Acheloo, que con la ribera contraria remata a Epiro; por el Oriente, con alguna inclinacion al Norte, el Mar Egeo hasta el promontorio Sunio; por Medio-Dia el Peloponneso, oi Morea, que se diuide della con el Isthmo Corinthiaco. <sup>5</sup> Esta es la que latissimamente llama Achaia Ptolemeo, <sup>6</sup> porque si se habla de la Prouincia que primero tuuo este nombre, i tiene tambien el de Hellas, i Grecia, segun aduertete Plinio, <sup>7</sup> viene a estar dentro del mismo Peloponneso, sitio tan apartado del Illyrico, que no requiere probança alguna su distancia. I aun concediendole, que llame Acheos, (siendo violenta esta appellaciõ en otros

<sup>5</sup> Ioan. Anton. Margin. in Nou. Geograph. Tab. 21. Fol. 172.

<sup>6</sup> Libr. 3. Geograph. Cap. 15.

<sup>7</sup> Libr. 4. Cap. 7.

que

8 Libr. 2.  
Histor.

9 Libr. 2.  
Cap. 17.

10 Philip.  
Cluuerus  
Lib. 4. In-  
troduct.  
Geograph.  
Cap. 4 Ho-  
die in Sla-  
uonia, Dal-  
matiam, &  
Albania:  
Maginus  
Tab. 21. Fo-  
lio 179. Hu-  
go Semp.  
Lib. 8. Ca-  
pit. 2. Nu-  
mer. 35.  
Fol. 160.

que los Peloponnesiacos, a los quales se estendio por las causas que dà Polybio, <sup>8</sup>) a los que habitaban en Hellas, o en Grecia, como son assimismo Países distintos Illyris, i Achaia la Maior, conforme se prueua de sus limites sobredichos, queda euidente la ignorancia del Auctor. Ni es menor la que commette en afirmar que los Illyricos son contiguos a Dalmacia, valiendose de la auctoridad de Ptolemeo, que con distincion nos dà a entender, <sup>9</sup> repartirse el Illyrico en Dalmacia, i Liburnia, i esta fue la diuision que hicieron los Antiguos: <sup>10</sup> con que los Dalmatas no se han de reputar por diuersos a los Illyricos, siendo parte suia. Conuencido en dos ierros en materia tan manifesta, no será mui difficil arguir de falsos los principios que señala a L E R I D A, siendo tan ardua su aueriguacion. Para fundar la Ciudad estos Estrangeros, era preciso que aportassen a nuestras plaias: pero no ai Escritor que se acuerde de su venida, ni de indicios, para que tal nauegacion se conjeture, siendo assi, que las de otras gentes, o se expresan, o se apuntan en los Libros de la An-

